6
2-b
25

~~IX. 30~~

VII. 11.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
2 G
7

6-2-b-25

~~6-3-a-41~~

aciem, Liv.

~~Э. С. М. Н. В.~~

aciem, Liv.

LINGVAE SANCTAE
RVDIMENTA

AD VSVM

SEMINARI

NEAPOLITANI

VERSIBVS CONCINNATA

ACCEDIT

EXERCITATIO GRAMMATICA

IN CAP. XXII. GEN.

אֶפְתַּח בְּכִנּוֹר חִידָתִי ׃

Pſal. XLIX. 5.

NEAPOLI MDCCLXXXI.

Apud Vincentium Vrſinum

Superiorum permiſſu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Google

AD SEMINARI NEAPOLITANI ADOLESCENTES.

SApientiſſimo Majorum veſtrorum conſilio, Adoleſcentes Optimi, proviſum eſt, ut, quo inſtructiſſima vobis litterarum omne genus ſupellex pararetur, per liberalium artium diſciplinas omnino ex praeſcripto arripiendas, primo traducti; ad ſeveriorum deinceps Muſarum commercia admoveremini. In qua quidem optime conſtituta ſtudiorum ratione, nihil illi prae oculis magis habuerunt, quam ut Eccleſiae commodis, ad cujus vos dignitatem, & ornamentum adoleſcitis, unice proſpicerent. Haud laevus ſcilicet illis augurabatur animus, futurum, ut a vobis in publicam aliquando lucem prodeuntibus, eos ſibi fructus carperent univerſi, qui a lectiſſimo plantario forent exſpectandi.

Porro inter omnia ſcientiarum artium-

que ſtudia, quibus vos illi traditos voluerunt, ut non poſtremus Hebraicis quoque litteris, quibus ſedula per vos opera impenderetur, locus eſſet, decrevere. Hinc factum, ut praeter domi natos, longe etiam clariſſimi ad vos viri arceſſerentur, & in Hebraicis diſciplinis ſubactiſſimi, quibus ingerentibus penitiora ebiberetis divini hujus eloquii documenta, quae dein ad nepotes tranſmiſſa, certa apud vos fixaque ſede conſiſterent.

Neque his duntaxat finibus eorum ſe tenuit providentia. Quandoquidem non ſolum ut annuus illis labor tranſmitteretur, ſed vobis etiam dum in illis eſſetis, ut aliqua a ceteris rebus vacatio eſſet, faciendum cenſuerunt. Nimirum cum, ex inſtituto, duplex eſſet per vos quotidie litterarium penſum percurrendum: placitum illis eſt, ut a veſpertino exſolveremini, quo hujuſmodi culturae otioſius vacaretis.

Quae cum ita ſint, Adoleſcentes opt. jam ipſi per vos videtis Majores veſtros, cum ad Hebraica vos deduxerint, cumque iis excolendis certam rationem, modumque poſuerint, magnum aliquid ſpectaviſſe. Illud ſcilicet, ut poſt abſoluta feli-

li-

liciter humaniorum litterarum, & Philoſophiae curricula, ad ſacros Codices, tanquam ad metam finemque laborum, veſter per varia antehac dilapſus animus, approperaret; eo parta omnia litterarum ornamenta conveheret; in iis tandem veluti in caeleſti quadam voluptate, & deliciis abditus conquieſceret. Vt inde vobis iter ſterneretur ad exhortandum in doctrina ſana (quae veſtra praecipua inſtituti ratio eſt) & eos, qui contradicunt, arguendos.

Has autem potiſſimas veſtri muneris partes, ad quas divina vos beneficentia vocavit, & Majorum veſtrorum ſedulitas curavit effingere, quî rite perfungemini, niſi linguae ingenium, qua libri, ad nos divinitus miſſi, ſunt conſcripti, perſpectum habeatis? Inde vobis deſumenda hortationum argumenta, quibus ad ſanitatem redeant, quos harum rerum fluxarum ſtudium & inſania cepit: inde corrupti mores ad ſanctitatem componendi: inde virtutum omnium ſemina animis hominum ſunt mandanda, & quodammodo inſerenda. Haec autem omnia ſi a genuinis fontibus hauriatis, vix dici queat, quam futura ſint ſplendidiora, & potentiora.

 Enim-

Enimvero, Adoleſcentes, Hebraica ipſa volumina divina benignitate a temporis edacitate, & adverſariorum corruptelis (quidquid alii contra ſenſerint) numquam non ſervata, nobiſque veluti per manus tradita; mirum quot niteant nativis coloribus, quanto ſchematum & troporum ſplendore intermicent! Quantam vero putatis ſententiarum gravitatem, quantam loquentis majeſtatem? Ea quidem profecto tantâ eſt, ut *ſermo Dei penetrabilior omni gladio acuto* praedicetur, & habeatur.

Hujuſmodi autem colores, & convenientiam orationis ſua vi & venuſtate tantopere promicantia, ſi aliena manus ſuſcipiat effingenda, nae illa Apellaeas tabulas (ſi parva licet componere magnis) ſibi ſumſerit imitandas. Hebraica quippe cum in Graeca aut Latina jura admittuntur, aut intercidunt, aut ex parte debilitata enervantur.

In hanc rem poſſent ſexcenta congeri exempla, ſi ſtatuti brevitati limites paterentur, ſed ut multa paucis complectamur, unius Hieronymi ſententiola ſatis eſto: ſaepe dolentis ſcilicet ſe plus vicè ſimplici *vim ſermonis* (Hebraici) *non ex-*

preſ-

preſſiſſe. Haec eadem & incomparabilis Origenes conqueſtus ſaepe fuerat: & acutiſſima Auguſtini mens perviderat. Hic enim in Hebraicis licet peregrinus & hoſpes tum hoc nomine, tum (quod caput erat) propter *Latinorum interpretum infinitam varietatem, Latinae linguae hominibus* Hebraeae & Graecae propoſuit neceſſitatem.

Haec cum Majoribus veſtris alte inſediſſent: operae pretium eſſe duxerunt, ſi cum primis Hebraicarum litterarum elementis divinorum librorum vobis lectio conjungeretur, atque in laboris partem alicujus non indiligentis interpretis commentaria advocarentur: vel, ut quid inter utriuſque linguae habitum intereſſet pernoſceretis: vel ut animo illud fixum haereret, tantam litterarum amplitudinem non ad ingenii oſtentationem, aut ad ſuperbientis animi ferociam, ſed ad veſtram, & ad aliorum doctrinam vobis eſſe comparandam. Summo igitur in vos collato per eos beneficio abuti videamini, ſi alia mens, alius vos animus ſiniſtrorſum abripiet. Nimirum, ſi hac lingua principe poſthabita, ad verſiones, alienis quippe oculis ſpectaturi, vos ipſos conferetis.

Praeterquamquod in ipſius providentiſ-

ſimae Matris Eccleſiae voluntatem, cui illi obſecundarunt, admiſſi criminis rei peragemini, ſi Graecas & Latinas praetendentes quoad ejus fieri potuit elaboratiſſimas, ipſam Hebraicam veritatem negligetis. Illa enim noſtri Parens amantiſſima nullo non tempore, Hebraica, tamquam e caelo ſibi demiſſa Cimelia, venerabunda ſuſpexit, & obſervavit. Tabulas quippe Teſtamenti, quibus disjectae nationis adivimus hereditatem, & ſanctiſſime ſervandas, & unius Dei providentia eſſe factum putavit, ut illae per cuncta terrarum, gente ſimul palante, differrentur, quo Judaeorum codicibus probaretur, quod cum legeretur in noſtris, a nobis fortaſſe putaretur eſſe confictum.

Quae igitur iſthaec injuria eſt non ferenda? Haeccine in linguam illam reverentia qua Deus ipſe tabulas illas condidit & obſignavit? qua noſtri parentes primi (quod melior fert ſententia) Angeli, Patriarchae, Chriſtus ipſe (prout ea ferebant tempora, & linguae ratio) certiſſimam illam Promiſſorum fidem, & veritatem nobis praebuerunt? An inter poſtrema omnia amandanda, quod ipſi orbi condito ſit aequaeva? an deducendum illi funus,

quod

quod miſera gens in ſuis jaceat ruinis conſepulta? Atqui ſi hujus excidio noſtra increverunt, quid eſt, Adoleſcentes, quod litteras, & verba fortunatiſſima longe ante optatiſſimae felicitatis nuntia, noſtris oculis percurrere refugiat animus?

Quod ſi Hebraicis Litteris nuntius ſit idcirco mittendus, quod interpretem habeant: jam de Latinis Graeciſque diſciplinis, in quibus veſtra deſudat induſtria, actum eſſe debet. Harum enim cum interpretes non inelegantes ſint ad manus, quid eſt quod tamdiu cum illis conſueſcatis, tantum inde voluptatis capiatis, ut nunquam a vobis velitis diſtractas; ab Hebraica vero inſtitutione, ſpecioſo interpretum nomine, vobis putetis abhorrendum? An ea ſi non meliori, pari certe apud vos loco eſſe debet?

Equidem cum haec in Hebraeas litteras faſtidia (ne fucos verius dicam) aut mecum ipſe reputo, aut aliunde accipio, imperare mihi vix poſſum, Adoleſcentes, quin miſerrimam illarum apud nos conditionem doleam; apud nos, inquam, qui ſana prae nobis ferentes fidei documenta, nullo ſumus modo illis comparandi, qui lamentabili bello indicto a nobis noſtriſque per ſummam

mam

mam indignitatem diſceſſerunt. Atqui belli auctor, & fax Lutherus hoc uno telo tantum ſibi virium comparatum ſenſit, ut affirmare non dubitaverit, *ſe exiguam ſuam linguae Hebraeae notitiam omnibus mundi gazis putare anteferendam*. Quod turbulentiſſimi hominis effatum tam alte in conjuratorum pectora deſcendit, ut toti ſe eo conferentes, praelium a duce commiſſum continenter perſequantur, & extinguendum, niſi Deus aderit, prope deſperemus.

Superbiſſima gens nihil intentatum, Adoleſc. opt. relinquit, quo ſua conſtabiliat, noſtra labefactet. Rejecta Vulgati auctoritate ſaepiſſime ad Hebraica nos provocat. Nos cerebroſos, Chriſti, Sponſae, humanique generis hoſtes, ſervitium Pontificium, veritatis corruptores, compellat. Nulla, prope dicam, pagella procedit ex infinitis, quos emiſere, libris, in qua non laceſſant, non invadant, non, quaſi parta victoria triumphent. Id ſaepe experti, Adoleſcentes; & quo rem illi aliquando perduxerint unius Hebraicae voculae diligentiori trutina, vobis ipſi teſtes eſtis. An illos gratulabundos abire patiemini? An turpe vos victos (avertat Deus

triſte

triſte omen) non dolebitis? An veſtrae fidei ſanctitas , an decus paternum veſtros animos non tanget?

Nec ſegnius a Rabbinis , qui primi erant nominandi, bellum nobis apparatum eſt. Atque hi quidem loco cum ſua gente moti capitale in nos odium exercentes , quantas innectunt captiunculas; quot monſtroſas verbis affingunt notas, quibus ipſa Catholicae fidei arx, & Caput Chriſtus Dei Filius, quem mortalibus amictum exuviis inter homines olim verſaturum tanto ante tempore, vatum carmina cecinerant, impetatur! Nimirum hoc uno concuſſo fundamento, cetera ruinoſo concidant lapſu neceſſe eſt. Noſtrumne in haec acutiſſima tela , hebeſcet ferrum , torpebunt manus?

At enim alienae partis hominibus Vulgati verſione (quae ſola inter Latinas ex Patrum Tridentinorum Decreto obtinet auctoritatem) & immenſis doctiſſimorum virorum commentationibus factum eſt ſatis. Verum (ut quod extremum eſt , ad id primum reſpondeatur) in graviſſimo Religionis negotio , praeterquamquod turpe eſt alienos labores & certamina deſidioſe ſpectare;

re ; quî vobis innoteſcet , Adoleſcentes, niſi excuſſis utriuſque partis momentis, quo inclinet victoria? profecto ſi ad Hebraicarum vocum notiones, unde aliquod Catholicum dogma extundatur, tota redeat quaeſtio ; aut Hebraica calleatis neceſſe eſt: aut turpiter ſilendum. Silere autem veſtra loci dignitas non patitur.

Quod vero ad alterum caput attinet. Res vobis eſt cum hoſtibus pertinaciſſimis, & Vulgato ipſi Interpreti inſenſiſſimis. Fruſtra, ubi cum illis concurritur, auxilium ab eo petetis, qui ipſe in diſcrimen adducitur . Illi enim tanti Interpretis auctoritatem , aut omnino rejiciunt , aut, (ſuis recens natis unice adhaereſcentes) non pro eo, ac par eſt, venerantur. Vnum igitur vobis perfugium ſupereſt: paria ſcilicet in hoſtem arma pertractare. Immo neceſſe eſt . Vobis enim , qui Catholici gloriamini, eae datae ſunt partes, ut antiquiſſimi Interpretis (qui noſtrae fidei fundus eſt) decus, & nomen , anteactis quidem ſeculis commendatiſſimum; poſt Tridentinorum vero PP. decreta , etiam ſacroſanctum , ab illorum criminationibus tueamini, & ſanctiſſimi Senatus auctoritatem ab inſanda petulantia

vin-

vindicetis. Id autem per vos praeſtabitur; ſi verſionem illam non iis obſitam maculis ridendiſque erroribus (in his potiſſimum , quae ad fidei ſummam pertinent) quos illi injurioſius criminantur, veſtro ſtudio, laboribuſque in gradu ſuo retinebitis: & leviuſcula illa peccata (ſi peccata ſunt dicenda) quae poſt Sixti V. & Clementis VIII. accuratiſſimam correctionem, de induſtria *relicta ſunt ad Populi ſcandalum vitandum* , ipſi per vos , dignoſcentes, condonanda nobiliſſimo Interpreti , cum ipſi non leviora admiſerint, contendetis.

Agite porro, Adoleſcentes optimi, in hanc, quae per majores veſtros decreta vobis provincia eſt, alacres incumbite, impigreque gerite. Neque enim fas eſt ut ipſi, quos abſcondit Deus in abſcondito faciei ſuae, ab ea propius contuenda abſiſtatis, & per interpretem cum eo colloquia ſeratis, cujus Legati eſtis olim ad homines mittendi. Ad ſacram ipſam Aedem, intra cujus venerandos parietes, Tabulae Teſtimonii aſſervantur, pro veſtro ampliſſimo gradu accedendum eſt. Eo vos praeterquam Majorum veſtrorum praeconcepta ſpes, mandataeque muneris partes

tes pro dignitate conficiendae, ipſa quoque advocat Eccleſiae auctoritas. Nimirum ea Viennae collecta in coetum, inter ceteras maximas res, hujus, quae vobis jam ſiſtitur, cognatarumque linguarum non ſolum ut publice praecepta traderentur, verum etiam ut illarum Doctores honorifice alerentur, graviſſime decrevit. Eo Clementis V. ſingulare in Hebraicas diſciplinas ſtudium: eo denique Paulli V. incenſiſſima in illas voluntas, qui Clementis veſtigia ſequutus publice datis litteris ſcivit, ut in cujuſque ordinis collegiis hujuſmodi lectiones inſtituerentur & haberentur: *ſcholareſque ut alacrius huic ſtudio incumbant volumus*, inquit, *& decernimus ut in promotione ad Doctoratus gradus, & ad alios ſui ordinis bonores, illi, ceteris paribus, praeferantur*. Haec omnia ne ad irritum cadant veſtra opera, Adoleſcentes, per Deum immortalem, providete.

ALE-

ALEXIO SYMMACHO MAZOCHIO

V. C.

Neapolitanae Eccleſ. Can. Regio S.Script. interpreti

IGNATIVS CALCIVS.

PRima Rudimenta Hebraei ſermonis, avitis
Quo ſchola more ſolet miſſis ambagibus, aptos
Ingeniis puerum in verſus elementa coercens
Grammatices; animo inſedit perſcribere; quando id
Apprime ex uſu eſſe, diu experientia monſtrat:
Ima tirones praecepta ut mente reponant.
Rem ſic inſtitui, niſi me dementia cepit,
Ne praeeat quicquam, quod pone ſequentia poſcat,
Vt noſci queat: at procedunt ordine cuncta
Pene Geometrico, in tenui ſi dicere fas eſt.
Sed Tu, MAZOCHI, rerum tutela mearum,
Et decus omne meum, Hebraico qui fonte dediſti
Divini eloquii cupidum me haurire fluenta,
Sacrutumque adytum penetrare (haud gratia facti
Vnquam aboleſcet, pars maneat mihi dum ultima vitae)
Hoc quodcunque, meum Tibi quod teſtetur amorem,
Accipe: noſce tua hic monita & praecepta: catuſque,
Haec ſi ſcripta putas ſtudioſae profore pubi,
Ante videre diem quam pergant prodita formis,
Ipſe, quibus mea conſueſti, conſperge lituris,
Sicubi, uti fit, ſcribentem mens laeva feſellit.
Sin operi invita me inſudaviſſe Minerva
Duxeris; ignis edat, fumoſum urgere caminum
Dum trepidat, chartaſque ſibi depoſcit ineptas.
Teque juvet, grati me animi monumenta dediſſe
Velle. Viro hoc etenim ſatis eſt fortique bonoque,
Qualem Te merito colit haec & praedicat aetas,
Cetera quum deſint; nec enim omnia poſſumus omnes.
Vive diu ſoſpes, priſcis decus addite ſaeclis.

ALE-

ALEXII SYMMACHI MAZOCHII

EPISTOLA

AD AVCTOREM.

IGnati, vini Thaſii mihi dulcior hauſtu,
Suavior ambroſia: per & oſſa utriuſque parentis
Te, per & obteſtor quodcumque ſacratius uſquam eſt;
Ne me verſiculis (qui ſat tibi divite vena
Injuſſi veniunt) precor inſectare caducum &
Decrepitum. Quid enim? quid ſub prelo eliciturum
Pumice de ſicco ſperas? haud proficis hilum.
Heu oblita mihi tot carmina: pigra ſenectus
Omnia corraſit, mentem quoque. Praeterit an te
Quot curae circum ſaliunt latus & caput urgent
Obſtipum ſenio? Vel nuper cum voluiſſem
Me excutere & conari aliquid; ter & amplius ungue
Demorſo, & caeſo pluteo, atq. Heliconide ad uſque
Ravim plus vicibus ſexcentis rite vocata;
Reddebat mihi pluma nihil, niſi vel pede claudum,
Vel quod retrogradi referebat brachia cancri.
Quod ſi balbutire tamen ſit tanta libido,
Si ringi fando ſingultim ſingula, demum
Si mutire jubes; cedo quo mihi ſumma redibit
Carminis ingrati? quid vis tibi? Nempe malignus
A me judicium furtim exprimis Hexametrorum.
Sermonis queis tu Hebraici praecepta canebas.
Omnia ad obruſſam ſint nec ne exacta; negaſque
Sparſurum in vulgus, niſi me ſponſore vadato.
Ridiculum! quaſi non ſic nolentibus excutiantur
Laudes ingratis; Pulchra omnia, mira, ſuperba,
Plena leporis, io! & quae quis dicere poſſit?
Sed tamen amoto ludo: Tibi conſcius ipſe es,
Quo ſtudio juvenes expoſcant, edere quae tu
Dudum es pollicitus. Quae tu qua fronte negabis,
O bone, tam cupidis? Imo ſi preſſeris ultra;
Nae tu peccaris tironum in commoda. Namque
Omnia procedunt hic belle: ſedibus apte
Quaeque repoſta ſuis; ſapienſque aliena recidis,
Ut ſibi ſuccoſae ſint hic plena omnia frugis.
Dignum opus eſſe reor ſane laudarier; & cui
Tironis manus injudaverit, unice aventis
Fonte ex illimi latices haurire beatos.
Docte tui eſto haec, Ignati, cenſura libelli.

LIN.

LINGVAE SANCTAE RVDIMENTA

CAPVT I.

De Ratione legendi.

Litterae, & Accentus, & Puncta invecta ſequenti
Aevo, apud Hebraeos rationem rite legendi
Conficiunt: nomen, formam, & quae cuique poteſtas
Litterulae Auſoniis collatae, hic exhibet index.

Legendi Ratio, Litteris, Punctis, & Accentibus apud Hebraeos continetur. Litterae conſonantes duae, & viginti numerantur. Vocales vero quatuordecim, quae vocantur Puncta, longo poſt Chriſtum natum intervallo a Maſorethis inventa. Accentus denique quid ſint, quidque praeſtent, ſuo loco agemus.

LITTERAE

Nomen.	*Figura.*	*Vis.*
Aleph	א	*ſpiritus tenuis.*
Beth	ב	bh *vel* v *conſonans, vel* b.
Ghimel	ג	gh *vel* g.
Daleth	ד	dh *vel* d.
He	ה	h *ſpiritus aſper.*
Vau	ו	v *conſonans.*
Zain	ז	z *leniſſimum.*
Chet	ח	ch *vel* h *ſp. aſperior.*
Teth	ט	t
Jod	י	j *conſonans.*
Caph	כ ך	ch *vel* c.
Lamed	ל	l
Mem	מ ם	m
Nun	נ ן	n
Samech	ס	ſ
Ain	ע	h *ſp. denſiſſimus.*
Pe	פ ף	p *vel* ph.
Tzade	צ ץ	tz
Koph	ק	k *vel* q.
Reſc	ר	r
{ Scin	שׁ	ſc
{ Sin	שׂ	ſ
Thau	ת	th *vel* t.

Quae

Quae heic ſiſtuntur legentibus litterae, ſi roget quis, Hebraici ne fundi ſint, an aliunde arceſſitae, is ſciat, pleroſque duce Hieronymo in Prologo Galeato Chaldaeas definiviſſe, cum per Captivitatis Babylonenſis tempora Hebraicae plane obſoleverint: eaſque porro ipſas eſſe, quibus Eſdrinus Textus fuerit conſcriptus. Quid igitur, inquies, de genuinis Hebraeorum litteris factum? Diſperierunt ne? minime. Sed inter Samaritanos incolumes ſtetere. Cum enim Salmanaſar his devictis debellatiſque eo colonias induxiſſet, unde vetus incola pulſus exciderat, accidit, ut vix in eorum ſedes advenae ſeſe intulerint, cum immiſſis divinitus Leonibus (quod veri Dei colendi rationem non tenerent) miſere infeſtati fuerint, III. Reg. XVII. 32. 33. 34. Ad tantam cladem avertendam miſſus Iſraëlitici generis ſacerdos, qui diſciplinam, praeceptioneſque ad ſummi Numinis cultum pertinentes, traderet. Hic advecto ſecum Hebraicis litteris ſcripto codice, (quas Judaei ante deportationem ſuam cum Samaritanis communes habuerant) mandatas partes

explevit. Has cum in patriam Babylonenſes exſules reſtituti Samaritanis eripere nequiſſent, Chaldaicis, quibus jam inſuerant, quam aſſumptis a Samaritanis Litteris, cum quibus multis de cauſis capitale odium exercebant, ſacra volumina exarata voluerunt. Mutui odii cauſas fuſe exſequitur Millius Diſs. XIV. Litterarum communionem Judaeos inter & Samaritanos attingit Benedictus Arias Montanus in de Siclo, inque rei argumentum numum profert, in cujus antica facie haec circumſcribitur Samaritanis elementis Epigraphe, *Sekel Iſraël*, *ſiclus Iſraël*; in poſtica, *Jeruſalaim Kedoſſab*, *Jeruſalem ſancta*: latius tamen rem diducit Ludovicus Cappellus Cap. IV. de punctorum Hebraeorum Antiquitate.

Litterae Gutturales אהחע *Abchab*, &
Labiales בומף *Bumapb*.
Guttur Ahchah *profert*, *at* Bumaph *ſumma labella*.
Litterae, quae in fine dictionis ad explendum verſum dilatantur,
אהלמרת *Abalmarth*.

De-

Deſinat ad normam ut verſus, laxentur
Ahalmarth.

Litterae finales.

Chamnephatz *aliam vult vocum in fine*
figuram;
Productis etenim deſcribi tractibus optat.

Litterae כמנפץ *Chamnephatz* in fine dictionum ſcribuntur ךםןףץ

PVNCTA ſive VOCALES.

Quatuor & denis ſignantur Puncta figuris:
Quinque etenim lente; raptim totidem; incita curſu
Perquam praepropero prae bis Puncta quaterna feruntur.

Vocales communes *a*, *e*, *i*, *o*, *u* quatuordecim figurarum diverſitate libuit Maſorethis deſignare; quarum quinque producto ſono proferuntur, quinque brevi, quatuor breviſſimo.

VOCALES.

Longae			*Breves.*
Kametz	ַ	a	Pathach

Tzere	··	e	∴	Segol.
Chirek long.	·י	i	·	Chirek.
Cholem *ſeu* · *vel* וֹ		o	ּ: *vel* ּ	Kametz-chatuph.
Vau-cholem.				
Schurek	וּ	u	⋱	Kibbutz.

BREVISSIMAE.

Sceva ſimplex : e.

TRIPLEX SCEVA COMPOSITVM.

Cateph Patach	-:	a.
Cateph Segol	∴:	e.
Cateph Kametz	ּ:	o.

Haec quidem debemus Maſorethis. Quinam autem ſub hoc nomine lateant, Eſdrane cum collegis, quaſi ſcilicet illi haec appinxerint, an alii quipiam anno circiter Chriſti quingenteſimo; ab exciſo vero Templo Zorobabelico 436. collecti in coetum ad Tiberiadem, unde Tiberienſes dicti; magno certatum eſt animo inter ambos Buxtorfios & Ludovicum Cappellum: illis horum antiquitatem a *Concilio magno*, cujus Eſdra prin-

princeps, repetentibus: hoc eorumdem aetatem ultimam non ultra Tiberienſes producendam, contendente. Singula cujuſque momenta non ſpernenda quidem aequa lance penſent, quibus & otium & harum rerum ſtudium eſt: tum eo concedant, quo ſe a gravioribus perductos argumentis ſentiant. Huic autem labori ſi velint parcere, pro certo illud habeant; hujuſmodi deliciarum amatores, potiora in hoc negotio habuiſſe momenta Cappelli: qui ſententiam ſuam primo ab Elia Levita in lucem productam, magno argumentorum apparatu fecit conſpectiorem.

Quae ſi omnia recte ſe habent: illud jure quaeritur, quo modo Hebraica non inſignita punctis percurrere Hebraei potuerint. Sane quidem nullo horum adminiculo impeditiſſimam ſacrorum voluminum lectionem ultro concedimus: at in ſubſidium advocatis litteris (quod ſtatuunt nonnulli) אהוי *Abevi*, quae vocalium loco eſſent, quaeque *Matres Lectionis* a Grammaticis vulgo appellantur, legendi difficultati occurſum eſt. Enimvero Jod modo in *E*, modo in *I*, Vau contra vel in *O*, vel in *V* concedente: Aleph porro *A*, ſi

alterum Aleph aut He pone ſequeretur, *E* , ſi Jod ſubiret (quod patet in אירוץ אהרוץ אארוץ Eretz, Aretz) He denique *A*, *I*, *O*, *E*, prout varie verborum conjugationes & nomina antecedit , vel certas conſequitur eorumdem perſonas, vicem gerente ; rite efferendi perlegendique, dum lingua vigeret adhuc ſtaretque, fiebat copia . Illi porro jam jam inclinatae, maximisque interſeptae, quod ad pronunciandi rationem ſpectat, incommodis, allatum per Maſorethas opportune auxilium eſt punctis ſubrogatis , queis & ad vitam priſtinam revocaretur , & facilis ad eam pateret acceſſus . Tanta per ſtrenuos illos punctationis duces & auctores avitaeque traditionis ſtatores , & Hebraeo Eloquio, & ſanctis Litteris, & quod potiſſimum eſt, univerſis in poſterum earumdem ſtudioſis parata ſunt commoda & utilitates.

§. I.

Quomodo Puncta vocalia cum conſonis proferantur.

(1) *Vocalem ſemper praecedat Conſona* : (2) *tantum* *Ain*

Ain , *Chet* , *aut He cum punƈto in fine locata*

Pathach , furtivum *quod dicitur* , *uſque praeibit* .

EXEMPLA.

(1) Hebraei ſecus ac Latini a dextera ad ſiniſtram ſcriptionem inſtituunt, Punƈtaque vocalia inferne ſubjiciunt conſonantibus ; has autem uſque proferunt ante Punƈta , cum legunt . Itaque ſcribunt ex. gr. בַ, דַ , proferunt vero *ba* , *da* . Punƈtum Cholem tantum ſuperne imponunt litteris, ut בֹ, נֹ, at proferunt *bo* , *no* .

(2) Verum ע, ח, הּ in fine vocum pronunciantur poſt (-) , quod *ſurtivum* ſive *ſuffuratum* dicitur , ut נֹבֵעַ *nobeah* , *ſcaturiens* ; שָׂמֵחַ *ſameach*, *hilaris* ; גָּבֹהַּ *gaboah* , *ſublimis* : non vero *nobeha* , *ſamecha* , *gaboha* .

ADMONITIO.

Advertendum eſt, aliquando punƈtum in שׁ etiam pro Cholem litterae antece-

cedentis uſurpari , ut מֹשֶׁה *Moſce* , *Moſes* ; quemadmodum punctum in שׁ adhibetur pro Cholem ipſius שׁ , ut יִשֹׂר *jaſor* , *Principem ſe geret* .

§. *II.*

Litterae Quieſcentes יהוא *Jehu* .

(1) *Littera nulla ſilet* ; Jehu *eſt tantummodo mutum* .

(2) *Vau ſilet in Cholem* (*vocalis dummodo nulla Subſit*) *&* *in Schurek* : *haec praeter* , *profertur ubique* .

(3) *Jod ſilet in Tzere* , *in Chirek* , *in Segol* , *in Au* .

E X E M P L A.

(1) Litterae dicuntur *ſilere* , *quieſcere*, *mutae* eſſe , cum non pronuntiantur ; at dicuntur *moveri* , ſeu *mobiles* eſſe , cum proferuntur . Quieſcunt autem hae quatuor .

Aleph , ut ראשׁ *roſc* , *caput* : נָא *na* , *quaeſo* .

He

He, ut פֹּה *po*, *hic*.

(2) Vau ſilet tantum in Cholem, & in Schurek, ut טוֹב *tob*, *bonus*, (ſi vero ſub Cholem ſubſit vocalis, profertur; ſic יְהוָֹה *Jeova*, *Deus*); טוּב *tub*, *bonitas*.

Saepe (ו) compendii gratia amovetur a Vau-cholem; tunc ſuperne litterae antecedenti inſcribunt Cholem, ut in §. antecedenti adnotatum eſt; ſic בֹּ, pro בּוֹ.

(3) Jod denique mutum eſt in Tzere &c., ut עֵין *hen*, *oculus*: שִׁיר *ſcir*, *canticum*: גֵּיא *ghe*, *vallis*: יָדָיו *jadau*, *manus ejus*.

§. *III.*

Mappik.

Mappik eſt punctum, in medio quandoque quod optat
Jod, atque He ſibi figi, quo moveatur utrumque.

Litterae ה, ac (י) recenſentur inter quieſcentes, ut dictum eſt: ubi vero analogia poſtulet, ut proferantur; puncto, quod *Mappik* dicitur, inſtruuntur, ut יָהּ *Jah*, *Deus*; צִיּוֹן *Tzijon*, *mons Sion*, nam

nam ſine Mappik proferrentur *Ja*, & *Tzion*.

§. *IIII.*

Diphthongi.

Ex (1) *Vau*, & (2) *Jod diphthongos ſibi format Hebraeus*.

E X E M P L A.

(1) Diphthongorum ex Vau:

(ָיו) *au*, (ָו) *au*, (ֵו) *eu*, (ִיו) *iu*;

ut עֵשָׂו *Heſau*: קָו *kau*, *linea*: שָׁלֵו *ſcaleu*, *tranquillus*: פִּיו *piu*, *os ejus*.
(2) Diphthongorum ex Jod:

(ָי) *ai*, (ַי) *ai*, (וֹי) *oi*, (וּי) *ui*;

ut אֲדֹנָי *Adonai*, *Dominus*: שָׂרַי *ſarai*, *principes mei*: גּוֹי *goi*, *gens*: גָּלוּי *galui*, *manifeſtum*.

§. *V.*

A C C E N T V S.

I. De Accentibus Grammaticis.

(1)

(1) *Soph-Paſuk : Athnach : Sakeph-katon : Rebbia, pauſant*

(2) *Vocis in extremo poſiti, aut penes ultima tantum .*

E X E M P L A.

(1) Interpuncta, quibus periodi, earumque partes, & ſententiae diſtinguuntur, Hebraei appellant *Accentus* : quatuor praecipuos uni voci אָב *pater* appoſuimus cum eorum figura, ſitu, nomine, & vi .

Fig. & ſit.	Nomen.	Vis.
אָב׃	Soph-Paſuk	Punctum .
אָ֑ב	Athnach	Duo puncta .
אָ֔ב	Sakeph-katon	Pun. & virg.
אָ֗ב	Rebhia	Virgula .

(2) Accentus Grammatici ultimae ſyllabae tantum, aut penultimae apponuntur .

II. De Accentibus Rhetoricis *Methegh* , *& Makkaph* .

[1] *Lineola eſt* Methegh, *quae a Kametz Sceva repellit*.

[2] *At* Makkaph *binas voces compellit in unum*.

[1] *Methegh* eſt lineola, que interponitur inter (ָ), & (ְ), ſic in voce לָֽמְדָה *didicit*, Accentus, qui inter primum (ָ), & (ְ) ſequens intercedit, eſt *Methegh*: hujus uſus patebit non multo poſt. *Methegh* ipſe Silluk figuram refert: eſt enim in rectae lineae modum conformatus (ֽ). Ab eo tamen diſtinguitur uſu. Silluk enim ultimam tantum ſillabam vocis, quae in extremo verſu cubat, afficit: Methegh contra ubique appingitur. De eo, praeter cetera, id notandum videtur: quod ſi vocales breves & ſceva Methegh intercedat; illae pro longis habentur & perinde efferuntur, ac ſi vocalis longa praeiret: ut גְּֽבֻלְךָ ghebulecha *terminum tuum*.

[2] *Makkaph* eſt jacens lineola inter duas voces, qua veluti in unam conflantur, ut הַר־זֶה *mons, iſte*. Huic vero Paſik adnectunt, quae virgula quaedam eſt duas interjacens dictiones, & feſti-

ſtinam pronunciationem quaſi quodam offendiculo inhibens : ut וְאֵיבָה ׀ אָשִׁית *& inimicitias ponam*.

APPENDIX DE ACCENTIBVS.

Cum quae de accentibus ab auctore proferuntur acuant potius, quam ſitim expleant : ab ea eſt cauſa ut nonnulla huic pro re nata adtexere decreverimus.

Et ut, quae ab auctore belle heic poſita, ornatiora ſimul & locupletiora procedant: duplex inprimis videtur accentuum claſſis ſtatuenda. In quorum altera, *Grammatici*, ſive, *tonici* in altera *Rhetorici*, ſive *Euphonici* ſunt locandi. Tonicorum, qui ultimam & penultimam acuunt: alii ſupra, alii infra pinguntur litteram. Qui ſuperne apponuntur quatuordecim, qui inferne, undecim recenſentur. Hinc ad quinque & viginti evadunt. Ex his ſeptemdecim inſcripto nomine *regum* incedunt, octo *Miniſtrorum*. Et regum quidem in eo poſita vis, & poteſtas eſt, tum ut legentium ſpiritum ſinant interquieſcere, tum ut ſententiam in ſua membra atque inciſa, rite dirimant. Id vero prae ceteris

ris praeſtant *Soph-Paſuch*, qui *Silluch* quoque dictus, *Athnach*, *Sakeph Katon*, & *Rebbia*. Quibus, ſi placet, adhibeas *Segolta* comitem. Atque hi quidem, quos ſuo nomine modo ſignavimus accentus, a Maſorethis auctoribus ducere originem nemo unus diffitebitur, ſi ad ſpiſſiſſimas illas tenebras, quibus ſacra olim volumina obvolvebantur, animum mentemque adjecerit. Cum enim illa eſſent *unus verſus*, ut ait Elias: immo ex ſententia Cabaliſtarum, quod plane a veritate alienum, *una vox*; nihil illi habuerunt antiquius, quam, ut tributis ſanctis libris in *Legem*, *Prophetas*, & *Agiographa*, verſus quoque diſtinguerent. Primo itaque duo illa puncta craſſiora, ubi periodus conquieſceret, *ſoph paſuch*, ex munere quo fungebantur, dicta, affinxerunt. Quid vero deſignando illius membro curatum eſt? punctulum voci impoſitum. Quod membrum quia in periodis prolixioribus varie foret incidendum, idcirco bina, ternave ſuperne fixa per eos puncta fuere, quibus Rebhia & Segolta indita ſunt nomina.

Reliqui octo, qui ſub miniſtrorum nomine

mine comprehenduntur, in eo toti ſunt ut orationem continuent & uſque ad regem promoveant. Horum ſimul & Regum, nomina, & figura ſubjicienda foret, ne inanitate verborum chartas oppleſſe videremur: ſed quoniam Typographi noſtri harum notularum caritate laborant, haec tantum praemonuiſſe ſat fuit; ut ſi tirones noſtri inter evolvendos ſanctos libros, in hujuſmodi apiculos vocibus incubantes, vel in eos, iiſdem ſubjectos inciderint, (incident autem ſaepiſſime) non cerebroſe illic appoſitos eſſe, intelligant. Illi enim & cantus ſunt moderatores apud Hebraeos (quandoquidem illi non legunt ſacrum codicem ſed cantillant) pronunciationem dirigunt, ſententiaſque, quod ſupra jam innuimus, in *membra* & *inciſa* diſpeſcunt.

III. Quomodo Accentus Grammatici diſtinguantur a Rhetoricis.

(1) *Singulus accentus, ſiquando in voce cubabit,*

 Gram-

Grammaticum dices : (2) ſin bini, extremus habetor

Grammaticus : dic Rhetoricum, qui pone recumbit.

E X E M P L A.

(1) Si unus *Accentus* occurrat in dictione, Grammaticus cenſendus eſt, ſic in voce אָב *pater* unus *Accentus* ille eſt *Grammaticus*.

(2) Si duo *Accentus* inveniantur, qui extrema in voce eſt, is *Grammaticus*; alter ad dexteram legentis *Rhetoricus* reputabitur: ita in voce לָמְדָה *didicit*, poſtremus *Accentus* ſub ה *Grammaticus* eſt, alter eſt *Rhetoricus*.

A D M O N I T I O.

Adnotandum eſt, dictionem, quae in ultima ſyllaba *Accentum* habet, ut דָּבָר *verbum*, vocari *milra*; quae vero in penultima, ut מֶלֶךְ *Rex*, vocari *milel.* Vtrumque Chaldaicae originis eſt: reſpondetque Hebraico מִטָּה *infra*, & מִשֶּׁעַל *ſupra*, quaſi illud acuat ultimam, hoc ſu-

ſupra ultimam h. e. penultimam.

Praeterea ſaepe in Bibliis circellus occurrit ſuper voce quapiam inſcriptus: is deſignat vocem illam in textu perperam eſſe ſcriptam; ejuſque puncta litteris margini appoſitis adhibenda eſſe, atque cum iis legenda: nam recta lectio in Bibliis accuratioribus in margine apponitur cum littera ק, quae compendifaciens ſignificat קְרִי *lectum*, ſive *legendum*. Ex. gr. in Pſalm. LXXIII. 16. ſcribitur הִוא°, in margine vero הוּא cum littera ק juxta poſita: id quod ſignificat, vocem הוּא legendam eſſe הוּא. Atque haec inter lectionem, & ſcriptionem diverſitas eſt, quae a Rabbinis forma Chaldaica vocatur *Keri*, *chetib*, *lectum*, *ſcriptum*.

ADDENDA.

De *Keri*, & *Chetib* quae in rem Tironum maxime faciunt huc conjicienda duximus. Variae lectiones vel ad voces integras ſpectant, vel ad earumdem litteras.

Et voces quidem vel *ſolae* ſunt, vel *conjunctae*. Prioris generis nonnullae abundant, nonnullae deficiunt, ut inter

legendum ſint ſupplendae; aliae denique, quod turpe quid ſecum gerunt, ſunt reticendae: ut aliae ſubire earum locum debeant. Quum igitur vox redundat, nulla tum punctatione interſtinguitur: ab appoſita vero hac ad libri oram notula monetur lector a vocis illius lectione eſſe abſtinendum. Exemplo ſit illud Jer. LI. 3. אֶל־יִדְרֹךְ ידרך הַדֹּרֵךְ קַשְׁתּוֹ, ubi vides alterum *Idroch* punctis exſpoliatum itemque margini adſcriptum כְּתִיב וְלָא קְרֵי *ſcriptum & non lectum*. Hujuſmodi quinque dumtaxat voces in univerſa exſtare Scriptura tradunt Talmudici, & iiſdem quidem locis, quibus hodiedum legentibus occurrunt.

Quid ſi illae deficiunt? ſpatiolum intra textum vacuum relinquitur, ſubjectis tantum punctulis, quibus ſi illae adeſſent, forent inſtruendae non ſine hac ſollemni formula *Keri velo chetib lectum & non ſcriptum*. Prodeat teſtis idem Jerem. XXXI. 38.

הִנֵּה יָמִים ° נְאֻם יְהוָה

Dominus dicit venientes dies Ecce

ſubjecto legentium oculis verbo באים quod ad libri cubat extremum. Id genus voces

ces ſeptem per Talmudicos recenſentur, quem tamen paulo numerum augent Maſorethae undecim numerantes.

Jam vero ad voces reticendas quod attinet monere ſubit, quod ubi in voces aliquanto obſceniores offendant Judaei, inter legendum, rogent honeſtiores. Ac tum quidem quod verbum volunt prætermiſſum ſuis nudant punctis, iis ſuppoſitis, quibus ornandum eſt illud, quod ſufficitur; rejecta ad libri labella voce, quam ſubire vicem praetermiſſae volunt. Praeclarum hujuſce rei exemplum proſtat Iſai. cap. XXXVI. v. 12. ubi pro שֵׁינֵיהֶם *urinas ſuas* legendum eſſe מֵימֵי רַגְלֵיהֶם monſtrat *Keri* e regione poſitum. Hinc illud etiam colligitur vocem in legendo praeteritam binarum ſubrogatarum puncta gerere שֵׁינֵיהֶם quum nativa punctatio ea ipſa ſit, quam ſupra appoſuimus.

Sequuntur alterius generis conjunctae voces. Et has quidem aliquando Keri monet ſeparandas, & ſeparatas conjungendas. Habes utriuſque rei exemplum Ex. IV.2. מַזֶּה (*quod eſt*) pro מַה־זֶּה, &, II. Paralip. XXXIV.5. בְּחַר בָּתֵּיהֶם pro בְּחַרְבֹתֵיהֶם *in deſolatis locis ſuis*.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Non tamen heic nos in quanta varietate litterae praecipue *Abevi* verſentur, perſequemur ; illam enim ſatis, quo de loquimur *Keri*, ad cujuſque, prope dicam paginae marginem circumſcripta in hanc formam ק nota, aperte deſignat . De iis potiſſimum litteris, quae & *redundantes*, *deficientes*, *permutatae*, *translatae*, *motae* dicuntur a ſua nimirum voce, vel in ſequentem rejectae, vel in proxime antecedentem, conſulendus eſt praeter ceteros, Elias Levita; qui inita ſubductaque earumdem ratione 848. enumeravit: licet in ſumma erratum; cum longe plures eſſe, moneant harum rerum ſapientes . Atque haec de *Keri*, & *Chetib* dicta Tironum commodis, quibus unice intendimus , ſatis ſunto ; qui plura peroptat, adeat v. Cl. Brian. Walton. in App. Bibl. locupletiſſimum Hebraicae penoris promptuarium .

§. *VI.*

§. *VI.*

Dagheſc Forte.

(1) *Dagheſc Forte voca punctum, quod*
conſona quaevis
[*Exceptis Reſc, atque illis, quas*
guttur anhelat]
Accipit in gremio, per quod gemina-
bitur uſque.
[2] *Praeterea hoc proprium Dagheſc For-*
te obtinet, aegre
Vt ferat antegredi ſe ſe torpentia
puncta.

E X E M P L A.

[1] Cunctis conſonantibus, cum geminandae ſunt, inſigitur punctum, quod dicitur *Dagheſc forte*, exceptis ר, & Gutturalibus, quae geminari nequeunt, ut מִנִּים *minnim*, *chordae*, פָּקֵּד *pakked*, *recenſere*.

(2) Raro autem *Dagheſc forte* ſequitur vocalem longam, neque niſi accentu Grammatico notatam, ut לָ֫מָּה *quare*:

סֹבְבוֹ *circuitus* : unum excipe בָּתִּים *domus*, cujus vocis *Dagheſc Forte* invenitur poſt vocalem longam minime accentu notatam .

Nonnunquam Dagheſc euphoniae cauſa adhibetur : ut מַה־טּוֹב *ma-ttob* , *quam bonum* .

§. VII.

Dagheſc Forte ſupplendum .

Forte Dagheſc celat ſita littera pone gemellam,
Huic breve ſi praeeat Punctum ; hinc geminetur oportet.

E X E M P L A .

Cum litterae geminae ſe ſubſequuntur , quae ad dexteram eſt legentis , ſi eam praecedat Punctum breve , Dagheſc Forte in ſe complecti intelligitur , qua de re geminanda eſt , ut הַלְלוּ *allelu* , *laudate* . Obiter hic advertendum , Dagheſc Forte , quemadmodum hic deeſt , non raro alibi excidere .

§. VIII.

§. *VIII.*

Sceva ſupplendum.

[1] *Sceva ſubauditur , careat ſi littera Puncto*
Vocis in extremo , modo non ſit littera muta ;
[2] *Tum quoque cum a Dagheſc geminetur littera Forti.*

E X E M P L A:

[1] Cum littera mobilis in extremitate dictionis caret puncto , implicitum (:) habere intelligitur ; ſic דָּת *ritus* , idem eſt ac דָּתְ ; at in בָּא *venit* ſub א non ſupplendum eſt Sceva , nam littera muta eſt .

[2] Itidem intelligendum eſt (:) ſub littera Dagheſc Forti notata , ſic רַנּוּ *cantate* , idem eſt ac רַנְנוּ ; ſic etiam סַבּוּ *circuiverunt* idem eſt ac סַבְבוּ.

§. *IX.*

§. IX.

Sceva quieſcens, Kametz-Catuph, & Cateph Kametz.

I. *Vocalem Sceva poſt longam, ſiquando notetur*
Grammatico accentu; & poſt illam quae cita fertur,
Vſque ſilet: tum unum, aut geminum ſi vocis oberret
Finem. II. *Praeterea fac uti ſonet o breve Kametz*
Ante Sceva, accentus ni interſit. III. *Denique Cateph-*
Kames erit tantum, quod littera gutturis effert.

E X E M P L A.

I. Sceva non profertur poſt vocalem longam accentu Grammatico notatam, ut פָּקוּדְנָה *pekodna*, *viſitate*. Silet etiam poſt vocalem brevem, ut פִּקְדוּ *pikdu*, *viſitate*, (niſi conſonae cum Daghesc Forti, vel ſupplendo, ſub-ſcri-

ſcribatur; tunc enim profertur, ut הַדְּבָרִים *addebarim*, *verba*; הַלְלוּ *allelu*, *laudate*.)

Tum ſi ſit in fine vocis, aut unum, aut geminum, etiam quieſcit; ut בָּרַךְ *barach*, *benedixit*: & יַפְתְּ *japhth*, *dilatet*.

II. Kametz ante Sceva eſt Kametz-Catuph ſive *o* breve; ut תָּפְקַד *tophkad*, *praeficieris*; tum etiam ante (:) ſupplendum; ut רָנּוּ *ronnu*, *cantate*: (excipe בָּתִּים *battim*, *domus*) וַיָּקָם *vaijakom*, & *ſurrexit*.

Si vero inter Kametz, & Sceva, vel ſupplendum, ſit accentus ſeu Methegh, erit Kametz, ut חָכְמָה *chachema*, *ſapiens erat*; דָּת *dath*, *ritus*.

III. Denique (ֳ) eſt proprium Gutturalium; ut חֳרִי *chori*, *aeſtus*; אֳנִי *honi*, *aerumna*.

Advertendum eſt, Punctum (:) poſt alterum (:) in media dictione proferri; ut תִּפְקְדוּ *tiphkedu*, *viſitabitis*; tunc enim non Punctum breve conſequitur, ſed breviſſimum.

AP-

A P P E N D I X

De uſu Sceva compoſiti.

(1) *Compoſitum Sceva ſibi littera gutturis uſque*
Poſcit, & antiquum hunc morem obtinet, ut praeeunti
Conſonae idem Punctum ſubſcribat, quo coaleſcit
Sceva ſibi adſcitum; (2) atque illud nunc ſervet amice;
(3) *Nunc indignanti ſimilis diſcedere cogat.*
(4) *Interdum Cateph-Segol concreſcit in unum*
Tzere; (5) Cateph-Pathach vero Pathach obtinet unum.

E X E M P L A

(1) Sceva compoſitum eſt Punctum proprium litterae Gutturalis; cui moris id eſt, ut quod Punctum adjunctum eſt, & componit Sceva, illud ipſum praebeat litterae praecedenti; Sic בֶּאֱמוּנָה *in veritate*; ubi ſub littera ב ſubſcribitur Punctum

ctum (ֶ) , ortum ex puncto (ֱ) , quod eſt ſub Gutturali א ; nam ea Punctis (ֶ) & (ְ) conflatur : ſic יַעֲשֶׂה *faciet* ; & אָהֳלוֹ *obolo* , [nam (ֳ) coaleſcit ex *o* brevi , & Sceva] , *tentorium ejus* . Atque hinc eſt apud Grammaticos pervulgata Regula : *Gutturalis punctat ſe , & litteram praecedentem* .

(2) Aliquando Gutturalis & ſe & litteram praecedentem notat ſolo Puncto componente , rejecto Sceva ; ut תַּהַרְגוּ *occidetis* , pro תַּהַרְגוּ .

(3) Non raro Gutturalis dat quidem litterae praecedenti Punctum componens, a ſe tamen id rejicit , ſolo retento Sceva. ; ut יֶאְשְׁמוּ *vaſtabuntur* , pro יֶאֶשְׁמוּ.

(4) Interdum Cateph-Segol abjicitur a Gutturali , & littera praecedens ſolo Tzere ſignatur ; ita לֵאמוֹר *dicendo* , pro לֶאֱמוֹר.

(l) Idipſum uſuvenit Puncto Cateph-Pathach , ut & ipſum exſcindatur a Gutturali , praecedens vero littera notetur ſolo Pathach ; ita בַּאדוֹנָי *in Domino* , pro בַּאֲדוֹנָי .

Advertas velim , Sceva compoſitum etiam aliis litteris , etſi perquam raro , ſub

ſubſcriptum inveniri ; ut הִתְבָּרְכוּ *benedicentur* .

§. X.

Dagheſc Lene .

(1) *Dagheſc Lene* Bheghadhchephath *configit , ut ore*
Lenius emiſſa, adſpiratio dura faceſſat;
(2) *Id , Sceva poſt mutum , inque orſu, ſententia poſcit .*

E X E M P L A

(1) Dagheſc Lene dicitur punctum , quod in litteris בגדכפת infigitur, ut ſine adſpiratione proferantur .

(2) Infigitur autem, vel poſt (:) quieſcens , ut תִּשְׁפֹּט *tiſcpot* , *judicabis* : vel in principio dictionis ; ut בְּרֵאשִׁית בָּרָא *In principio creavit* .

Plura ſunt , quae ad faſtidium uſque de Dagheſc leni ingerunt Grammatici , quae nos ne gravi praeceptorum ſarcina Tironum mentes onerentur , praetermittenda ducimus: ea tamen ſi cognoſcere cupido

pido eſt, unum monſtramus fontem *Johannem Buxtorf. in Theſ. Gramm. cap. v.*

M O N I T V M.

Etſi quas heic ſubteximus in literas בגדכפת animadverſiones eo loci, ubi alphabetum ipſum protenditur, erant praefigendae; tamen ne longiore illic ſermone propoſita res abrumperetur, nempe, ne vixdum arrepta litterarum notio a juvenum memoria dilaberetur; ſatius tum eſſe duximus, ſi huc, ubi fortaſſe ſe dat locus opportunior, conjiceremus. Sapientis igitur lectoris erit, eo omnia haec referre, ut rite legendi efferendique litteras haſce (ſi id tanti habet) teneat rationem, cum ipſius Alphabeti exemplum, prout ab auctore proponitur, nihil per nos ſit immutatum.

Illud inprimis pro certo exploratoque habetur hujuſce punctuli inventionem, quo adſpiratio faceſſit, recentioris eſſe aetatis; excuſum enim per Maſorethas eſt in eorum gratiam, quibus lingua hoſpes evaſerat, & peregrina: illa enim incolumi, nullo nec punctuli nec Raphe

auxi-

auxilio, indiguit Hebraeus ad haſce litteras ſpiritu denſandas, vel ſecus. Quod hujuſmodi praeceptio non ante Maſorethas prodiverit; documento ſunt LXX. Alexandrini interpretes, & Hieronymus, qui illas eodem ſemper modo qua Graece, qua latine expreſſerunt: non id commiſsuri ſcilicet, ſi quod per illos ſequiori aetate invectum diſcrimen eſt, calluiſſent.

Et facto quidem ipſo ſi LXXviralem & latinam Hieronymi verſionem aliquando contigit volvere: eos tres illas priores literas בגד per tenuia perpetuo elementa Β. Γ. Δ. B. G. D. emiſiſſe comperies. Vt propterea pronum hinc ſit colligere adſpirationem ab hiſce literis prorſus expungendam; atque ubi per Bh. Gh. Dh. in noſtro Alphabeti exemplo ſignificantur, per tenues b. g. d. eſſe reddendas.

Quae vero has conſequuntur poſtremae litterae כפת perpetua adſpiratione per utroſque fuiſse donatas, traditum vulgo eſt. Vt propterea *Chaph* in *Chi*, vel *Ch*, *Phe*: in Graecum φ aut *F* & *Ph*: *Thau* in ϑ aut latinum *Th* ſemper immutaverint: quodque magis mirere, vel in illis quae

Dages

Dages leni configuntur, vocibus, id ſervaverint, quod paret in תְּקוֹעַ Θεκωὲ *Thecua*, & תֵּימָן Θαιμαν *Theman*.

Scio pleroſque in haec, quae poſuimus, argumentis inſurrexiſse non equidem contemnendis: & eſt fortaſse, qui uberiora a nobis, praeſertim quod pertinet ad litterulam *phe*, exſpectat. Vtriſque dabitur alias cumulatiſſime satisfaciendi locus: illud tamen ſatis sibi habeant in praeſentia: nobis nimirum, quidquid in illis roboris eſt, non tanti eſse, ut ab arrepta ſemel ſententia dimoveat: de *Phe* vero si quid amplius poſtulent, adeundum sibi cenſeant Hieronymum *lib. de Nom. Hebr. in Lucam. In Nom. de actis. Comm. in cap. 2. Iſaiae. Comm. in cap. 11. Danielis*. Sapientiſſimi Doctoris ſententias alibi, bene juvante Numine, proferemus.

Sed quoniam de Raphe mentionem quoque injecimus, quid illa fuerit paucis accipe. Erat illa, lineola quaedam litterae, quam adſpiratam volebant, ſuperinducta in hunc ferme modum בֿ. Hinc illae paſſim *Raphatae* audivere. Videre id licet in quibuſdam Bibliis ultimam

 anti-

antiquitatem ferentibus, & in Pagninianis: ad rem confirmandam habe exemplum unum e multis Ex. xx. 9.

שֵׁשֶׁת יָמִים תַּעֲבֹד וְעָשִׂיתָ כָּל מְלַאכְתֶּךָ׃

Sex diebus operaberis & facies omne opus tuum. Unum heic ſupereſt monendum nimirum, ut quae de adſpiratione a בגד amovenda paulo ante ediſſeruimus eruditionis potius gratia dicta accipiant lectores, quam ut aliorum legendi aut ſcribendi rationem ſibi corrigendam putent.

CAPVT II.

De Nomine.

Et Numeri & Generis recipit diſcrimina Nomen
Hebraicum; Caſuſque notis diſtinguit inertes.

Nomina Hebraica, & Genere diſtinguuntur, & Numero; at Caſibus non item, qui ſemper iidem, non niſi quibuſdam praefixis notis determinantur: de notis hiſce mox ſermo erit: nunc Genus, & Numerum paucis expediemus. §.*I.*

§. *I.*

De Genere.

(1) *Et Mas, & Femella, & quod*
Commune vocatur,
Eſt Genus Hebraeis: (2) *Neutrum non*
ſuppetit; at Mas
Pro Neutro accipitur, ſed raro: Femi-
na ſaepe.
(3) *Hanc autem* הָ, תֶ, ית, *atque* ות *ple-*
rumque notabunt.

E X E M P L A.

(1) Tria Genera Maſculinum, Femininum, & Commune diſtinguunt Hebraei in Nominibus.

(2) Neutro carent, pro quo vel Maſculinum uſurpant, ut Gen. II. 18. לֹא־טוֹב *Non bonum eſt*; ubi טוֹב maſ. eſt: vel Femininum (quod eſt frequentius) adhibent, ut Pſ. XXVII. 4. אַחַת שָׁאַלְתִּי *unum petii*, in quo אַחַת eſt Femininum.

(3) Feminina ut plurimum deſinunt in הָ, תֶ, ית, ות; ſic צָרָה *anguſtia*; אֱמֶת *veritas*

C 2

ritas ; גָּפְרִית *ſulphur* ; מַלְכוּת *Regnum*.

Nominum genera vel ſignificatione apud Hébraeos dignoſcuntur, vel terminatione. Significatione generis ſunt maſculini Nomina propria virorum, eorumque munia, fluviorum, montium, populorum, menſium. Feminina item ſunt earum nomina propria, & officia item muliebria, Vrbium, Regionum, & provinciarum, membrorum corporis, quorum tamen quaedam generis communis ſunt, ſed ſaepius feminini. Terminatione feminina ſunt quae deſinunt in ה, &c. ut habet regula. Maſculina porro licet ex certis, in quas cadunt alphabeti, litteris genus deſumant ſuum, tot illa tamen fere obnoxia ſunt exceptionibus, quot ipſae eunt litterae. Omnia igitur ex Lexicis & orationis continentia ſunt deſumenda.

R E G V L A I.

Quomodo Nomina Maſculini Generis fiant Feminina.

(1) *Adde adjectivo* ה; (2) *vel* ת, *ſic Femina fiet*. EXEM-

E X E M P L A.

(1) Adjectiva Generis Maſc. praebent Femininum, addito הָ, ut טוֹב *bonus* טוֹבָה *bona*.

At ſi deſinant in הֶ, antequam addatur הָ, demendum eſt הֶ; ſic a יָפֶה *pulcher*, demto הֶ, & adjecto הָ, fit יָפָה *pulchra*.

(1) Si vero in [ִי] deſinunt, tum ת aſſumunt; ut a שֵׁנִי *ſecundus* fit שֵׁנִית *ſecunda*; aut ipſum הָ; ut ab עִבְרִי *Hebraeus* fit עִבְרִיָּה, vel עִבְרִית *Hebraea*.

Adnotandum eſt, aliquando adjectivis addi תְ, ut Feminina fiant; ſic אַחֵר *alius*, אַחֶרֶת *alia*; quod in Participiis ſollemne eſt.

§. *II.*

De Numero.

Non ſecus ac Hellas, Numeros tres Juda recenſet.

Hebraei, aeque ac Graeci, praeter Numeros Singularem, & Pluralem, adſciſcunt etiam Dualem.

REGVLA II.

Numerus Pluralis, & Dualis.

(1) *Mas Pluralis in* ִים *exit* : (3) *femella requirit*
וֹת *in fine* : (3) *Dualis in* ַיִם *flectier optat* .

EXEMPLA.

(1) Singulari Maſc. additur ים, ut Pluralis fiat ; ſic טוֹב *bonus*, plur. טוֹבִים *boni*.

Si vero deſinat in ה abjicitur, & ים ponitur, ut פֶּה *os*, plur. פִּים *ora*.

(2) Singularis vero Fem. aſſumit וֹת in Plurali ; ut אוֹת *ſignum*, plur. אוֹתוֹת *ſigna*.

At terminatio ָה & ֶת, ſiquando occurrat, amovenda eſt, ita תּוֹרָה *lex*, plur. תּוֹרוֹת *leges*; אִגֶּרֶת *epiſtola*, plur. אִגְּרוֹת *epiſtolae*.

(3) Forma Dualis eſt ַיִם, ut יָד *manus*, Dual. יָדַיִם ; ſic שְׁנַיִם *duo* ; cujus Fem. eſt שְׁתַּיִם *duae*.

Sed

Sed ſi ה terminet ſingularem, mutatur in ת, ut אַמָּה *cubitus*, Dual. אַמָּתַיִם *duo cubiti*.

Excipias ab hac regula מַלְכוּת *Regnum*, cujus plur. מַלְכֻיּוֹת; & אָמָה *ancilla*, quae ſervat ה in plur. אֲמָהוֹת.

A N O M A L A

(1) *Mas aliquando capit plurale* וֹת: (2) *Femina contra* ים *ſumit*: (3) *nonnulla modo flectuntur utroque*;

(4) *Plurali quaedam tantum; nonnulla Duali*.

E X E M P L A.

Quaedam nomina vel non idem genus in numeris ſervant; vel aliquo numero deſtituuntur.

(1) אָב *pater*; plur. אָבוֹת.

(2) אֵלָה Fem. *quercus*; plur. אֵלִים.

(3) הֵיכָל Maſc. *Regia*; הֵיכָלִים, & הֵיכָלוֹת *Regiae*; אֵימָה Fem. *terror*, אֵימִים & אֵימוֹת &c.

(4) פָּנִים *vultus* ſine numero Singulari:

ri : מַיִם *aqua* Dualis ſine Singulari , & Plurali .

MVTATIO PVNCTORVM

Si Nomen e Maſc. in Fem., vel e Sing. in Plur. aut Dual. inflectatur .

(1) *Quum Genere, aut Numero mutantur Nomina , mutant*
Pathach , & Kametz , Segol , cum Tzere , Cholemque ;
(2) *Sceva etiam , geminum ne occurrat vocis in orſu .*

(1) Nomen apud Hebraeos, tum cum Genus mutat , aut Numerum , Puncta quoque mutat; ſed fere quinque tantum: nimirum (-), (·) , (ֶ), (-) , (ֹ) ; atque ea quidem in penultima in Sceva fere mutantur: ſi vero ſint in ultima, varietatem ſubibunt prout in Regula IV. notabitur .

(2) Sceva quoque mutatur ; ſed eam ob cauſam , ne duo Sceva initio maxime dictionis concurrant ; tumque dextrum Sceva mutatur in (·) , aut (-) , aut (ֶ); ut דִּבְרֵי *verba* , pro דְּבְרֵי ; quae mu-

mutatio accidit nonnunquam in media dictione ; ut אֲרוֹמִמְךָ *extollam te*, pro אֲרוֹמְמְךָ

At ſi dextrum Sceva ſit compoſitum, tunc ſolvetur, ſolumque Punctum adſcitum unde coaluit, manebit ; ut חַכְמֵי *ſapientes*, pro חֲכָמֵי ; עֶגְלוֹ *vitulus ejus*, pro עֱגְלוֹ.

R E G V L A III.

Mutatio Punctorum in penultima.

[1] *Pathach*, *Kametz*, *Segol*, *Tzere penultima* : *Cholem*,
Cui ſubeat Segol, *ſimplex in Sceva feruntur* ;
(3) *Compoſitum at fient*, *eadem ſi guttur anhelet*.

E X E M P L A.

[1] Puncta [-], (·), (∵); (··), & (ֹ), quod praeeat Puncto (∵), in penultima ſyllaba mutantur in (:) ; ut נַעַר *puer*, נְעָרִים *pueri* ; דָּבָר *verbum*, דְּבָרִים *verba* ; מֶלֶךְ *Rex*, מְלָכִים *Reges* ; קוֹמֶץ *pugillus*, קְמָצִים *pugilli* ; סֵפֶר *liber*, סְפָרִים *libri*.

(2) Si

(2) Si vero ſubjiciantur Gutturalibus, in Sceva compoſitum mutantur, ut חֶרֶב *gladius*, חֲרָבוֹת *gladii*; אוֹמֶר *dictum*, אֲמָרִים *dicta*; עֵגֶל *vitulus*, עֲגָלִים *vituli* &c.

EXCEPTIO.

Excipe Punctum (‥) ante litteram quieſcentem, quod uſque manet; ut הֵיכָל *templum*, plur. הֵיכָלִים, & quaedam ſimilia, ubi (‥) penultimum non mutatur: quemadmodnm nec mutatur (ָ) penultimum in voce חָרָשׁ *artifex*, plur. חָרָשִׁים *artifices*; & in quibuſdam aliis uſu addiſcendis.

REGVLA IV.

Mutatio Punctorum in ultima.

(1) *At Kametz, Cholem, nec non Tzere ultima (ſed quum*
Tzere poſt Kametz ſubit) invariata manebunt.

(2) *Corripit at Puncta haec Dagheſc, affinia ſupplens.*

(3) *Sed Pathach aut Segol poſtrema in Kames abibunt.*

(4)

(4) *Forma* (ֵי) *per Tzere cum Jod coaleſcit in unum.*

E X E M P L A.

(1) Puncta (ֵ) , (ִי) , ſi in ultima ſyllaba ſint , non mutantur ; ſic דָּבָר *verbum* , דְּבָרִים *verba* ; קוֹף *ſimia* קוֹפִים.

Punctum (ֵ) ultimum manet quoque, ſed praecedente (ָ) ; ut שָׁכֵן *vicinus* , plur. שְׁכֵנִים . Si vero non anteeat Kametz , mutatur in (ְ) , ut רוֹכֵב *eques* , plur. רוֹכְבִים .

(2) Si vero Voces , cum in poſtrema parte augentur , poſtulant Dagheſc Forte , tunc Punctum longum praecedens in breve affine mutandum eſt ; nimirum (ִי) in (ִ), (ָ) in (ַ), (ֵ) in (ִ); ut אֲדֻמִּים *rufi* , ab אָדֹם ; גְּמַלִּים *cameli* , a גָּמָל ; קִנִּים *nidi* , a קֵן .

(3) Puncta (ֶ) aut (ֵ) , nam ſaepe ob Gutturalem (ַ) adhibetur pro (ֶ) , in ultima ſyllaba mutantur in (ָ) ; ut טַעַם *guſtus* , plur. טְעָמִים , מֶלֶךְ *Rex* , plur. מְלָכִים .

(4) Voces , quae habent formam ſive Puncta (ֵי), commutant in Tzere cum Jod

Jod quieſcente; ut זַיִת *oliva*, plur. זֵיתִים.

EXCEPTIONES.

I. Excipe יוֹם *dies*, plur. יָמִים; & רֹאשׁ *caput*, plur. רָאשִׁים; tum שׁוֹר *bos*, plur. שְׁוָרִים; & אֱנוֹשׁ *homo*, plur. אֲנָשִׁים; & nonnulla his ſimilia.

II. In quibuſdam nominibus ortis ex defectivis vertitur (ַ) in (ִ) cum Dagheſc Forti ſequente; ut פַּת *buccella* plur. פִּתִּים; מַס *tributum*, plur. מִסִּים &c.

III. Aliquando (ֶ) ultimum fit (ְ); ut אֹזֶן *auris*, אָזְנַיִם.

IV. Excipe בַּיִת *domus*, plur. בָּתִּים, & תַּיִשׁ *hircus*, plur. תְּיָשִׁים; tum חַיִל *robur*, plur. חֲיָלִים; & עַיִר *pullus aſini*, plur. עֲיָרִים &c.

§. *III.*

De Caſibus.

Caſuum Notae.

Nulla nota eſt Rectis. Obliquis caſibus ante-

Po-

Pone לְ, אֵת, מִ *: ſic caſus diſtinguit*
Iüda.

Rectus caſus, ſive Nominativus nullam praeſefert notam, niſi Verbo Paſſivo adjungatur; tunc enim gerit aliquando particulam אֵת, quae proprie Accuſandi caſum deſignat. Genitivus in Scripturis exhibetur ut plurimum per Regimen, de quo mox. Dativo לְ, Ablativo מִ praefiguntur; de quibus cum ceteris praefixis alibi ſermo inſtituetur.

Aliquando לְ cum Nominativo, & Genitivo invenitur; cujus Genitivi nota apud Rabbinos eſt שֶׁל.

R E G I M E N

Seu Forma conſtructa.

Duplex quum nomen diſpar concurrit
ut unum
Alterius regimen gerat, ut pendentis
ab ipſo;
Juncturae id genus Hebraeis conſtructa
vocatur
Forma, *elementa ſimul paſſim momen-*
taque mutans.

Qua

Qua ratione petis? paucis adverte docebo.

Regimen ſeu *Forma* ſive *Status conſtructus* eſt concurſus duorum Nominum, quorum unum alterum regit, ut apud Latinos *Lex Dei*. In pari nominum concurſu apud Hebraeos nomen illud, quod regit alterum, dicitur eſſe in *Regimine*, ſive in *Forma Statuve conſtructo*; quodque propterea, tum litterarum, tum Punctorum mutationi obnoxium eſt.

R E G V L A V.

Mutatio Litterarum Nominis, quod eſt in Regimine.

(1) *In Tzere vertuntur cum Jod de more ſilente*

ִים & ַיִם *numeri, qui plura, aut bina recenſet*;

(2) ָה *femella fit* ַת: (3) *tria creſcere nomina Chirek*

Ob Regimen cogit: (4) *totidem decreſcere Cholem*.

EXEM-

E X E M P L A.

Pluralis ים, & Dualis ַים in Regimine mutantur in (ֵי) ; ſic בִּגְדֵי הָאַרְגָּמָן *veſtes purpurae*, pro בְּגָדִים ; & מֵי הַיַּרְדֵּן *aqua Jordanis*, pro מַיִם.

(2) Feminina deſinentia in ָה mutantur in ַת ; ut תּוֹרַת יְהוָֹה, pro תּוֹרָה, *Lex Dei*.

(3) Haec tria nomina אָב *pater*, אָח *frater*, חָם *ſocer* in Regimine ſibi adnectunt (ִי); ut אֲבִי גוֹיִם *pater gentium* &c.

(4) Haec vero אָוֶן *iniquitas*, תָּוֶךְ *medium*, מָוֶת *mors* contrahuntur in (וֹ) ; ſic מוֹת יְשָׁרִים *mors juſtorum* &c.

R E G V L A VI.

Mutatio Punctorum ob Regimen.

(1) *Ob Regimen Kames, & Tzere fient*
ultima Pathach :
(2) *In ſceva tranſibunt, ſi ſint ante ultima*. (3) *Segol*
Nil mutat numerus quum ſingulus amplexatur.

EXEM-

E X E M P L A

(1) Puncta (ֵ) & (ָ) in ultima ſyllaba fiunt in Regimine (ַ); ut דְּבַר הַמֶּלֶךְ, pro דָּבָר, *verbum Regis*. Sic etiam יְתַד אֹהֶל, pro יָתֵד, *clavus tabernaculi*.

(2) Si vero ſint, in penultima, mutantur in (ְ); ut (ָ) in modo allatis exemplis: Tzere vero; ut פְּאַת נֶגֶב *plaga meridiei*, pro פֵּאָה.

(3) Segol tum ultimum, tum penultimum in Regimine nominis ſingularis numeri non mutatur; ſic אֹרֶךְ יָמִים *longitudo dierum*; אֶרֶץ חֵפֶץ *terra deſiderii*.

Nec mutatur Tzere in Regimine nominis num. ſing. dum conſtituit cum (ֵ) nomen quinque Punctorum; ut סֵפֶר מֶלֶךְ *liber Regis*.

Adverte, formam (ַ ִ) etiam in Regimine contrahi in (ֵ); ſic חֵיל מִצְרַיִם *exercitus Aegypti*, pro חַיִל.

E X C E P T I O N E S.

I. Tria nomina אָב *pater* &c., de quibus in Reg. ſuper. num. 3., mutant

tant (ָ) in (:], quod ob Gutturalem eſt compoſitum , ut ibidem patet ; ſed חָלָב *lac* ; & הָבָל *vanitas* mutant poſtremum (ָ) in (ֵ); ut חֲלֵב עִזִּים *lac caprarum* &c. Praeterea בֵּן *filius* fit בֶּן , vel בִּן ; ſic שֵׁם *nomen* fit שֶׁם . Quaedam retinent ultimum (ֵ) ; ut יָוֵן *lutum* &c. & ultimum (ָ) ; ut כְּתָב *ſcriptum* &c.

II. Nonnulla ſervant penultimum (ָ) & (ֵ) ; ut צָרָה *angor* ; קָמָה *ſeges* &c. זֵעָה *ſudor* ; תֵּבָה *arca* &c.

III. Deſinentia in ֶה mutantur in ֵה , ut שְׂדֵה מוֹאָב *ager Moabitarum* , pro שָׂדֶה. Verum פֶּה *os* in Regimine fit פִּי ; & רֵעֶה *amicus* nil mutat .

P R AE F I X A.

Conſona quaeque praeit , queis conſtant מֹשֶׁה וְכָלֵב :
Ima tabella docet quid ſint ; quae Puncta requirant .

Litterae , quae continentur in allatis vocibus *Moſceh Vecbaleb* , dicuntur *Praefixa* , vocibus enim quibuslibet praefigi ſolent . In ſubjecta tabella videre li-

cet, quid ſignificent, & quibus Punctis inſtruantur.

מ	*A.*	*Ex.*	*Prae.*	vult (·)
ש	*Qui.*	*Quae.*	*Quod.*	vult (ְ)
ה	*ὁ, hic.*	*ἡ, haec.*	*τὸ, hoc.*	vult (ַ)

Cum Dagheſc unaquaeque Forti in ſequenti littera : ut

מִסַּחַר *a merce* ; שֶׁפָּדָה *qui redemit* &c.

ו	*Et.*	Communi-
כ	*Sicut.*	ter ſibi ſub-
ל	*Ad.*	ſcribunt [:] ;
ב	*In.*	ut

וְכַד *& cadus* ; כְּגֶפֶן *ſicut vitis* &c.

De Dagheſc inſigendo.

Ob Daghes ejectum vocalis, quae cita, torpet.

Si littera non admittat Dagheſc, tunc Puncta brevia, quae praecedunt mutantur in longa : nempe (·) muta-

tur

tur in (ֵ), (ֻ) in (ו), (ַ) in (ָ), ut מֵרוּחַ *e ſpiritu* ; הָאֵלָּא *bi ipſi* &c.

APPENDICES.

Generaliora quaedam de Praefixis, conſulto omiſſis aliis, delibavimus, ne obrueretur rerum multitudine rudis adhuc tironum mens. Ne quid tamen hic deſideraretur, cuncta fere, quae ad Praefixa pertinent, conjecimus in has Appendices, poſtmodum Grammatica provectioribus percurrendas.

I. De שׁ, & ה Emphatico.

I. *Cum Segol* שֶׁ, *& Dagheſc comitante*
praeibit.
(2) *Saepe Dagheſc cadit*. (3) *Interdum*
Pathach, (4) *aut Sceva ſumit.*
II. ה *ſibi vult Pathach*, *Dagheſc quod*
Forte ſequatur,
(5) *Ni Dagheſ ejecto*, *jubeat ſuccedere*
Kametz:
(6) *Ante* ךָ *Participj*, *ante* ה, *aut* ח,
Pathach iturum
Detinet: (7) *ac Segol haud nunquam*

ſibi ſubdere geſtit .

III. *Utitur* ה *demum* , *quum quidquam interrogat* , *Heber* .

Accuratius hic omnia, quae ad Praefixa שׁ , & ה pertinent , pertractantur .

I. Praefigitur שׁ cum Puncto (ֶ) & Daghesc Forti in littera ſequenti , ut antea dictum eſt ; ſic כַּרְמִי שֶׁלִּי *vinea mea, quae mihi* .

(2) Aliquando e littera , quae ſequitur , excidit Daghesc ; ut שֶׁעֲמָלוֹ *cujus labor eſt* .

(3) Nonnunquam pro (ֶ) aſſumit (ַ) ; ut שַׁקַּמְתִּי *quod ſurrexi* .

(4) Vel accipit (:); ut שְׁהֵם *quod ipſi*.

II. Punctum Praefixi ה eſt (ַ) cum Daghesc in littera conſequente; ut הַמַּיִם *aqua haec* .

(5) Si vero Daghesc excludatur , accipit (ָ) ; ut הָעַלְמָה *haec virgo* .

(6) At cum praefigitur Formativae מְ Participiorum , aut litteris ה , & ח , ſervat ſuum (ַ) , etſi excludatur Daghesc ; ita הַמְסַפְּרִים *ipſi enarrantes* ; הַהוּא *ille ipſe* ; הַחֵרֶם *anathema illud* .

(7) Porro ante הָ & עָ , ſi ſint in penul-

nultima, & ante ח, ſive in penultima, ſive alibi ſit, adſciſcit (ֶ); ut הֶהָמוֹן *copia haec;* הֶעָרֵל *incircumciſus hic;* הֶחָמָס *ipſa iniquitas*.

III. Denique Praefixum ה eſt interrogationis ſignum; tumque Punctum ejus fere eſt (ֲ); ut הֲבַת *num filia?* הֲלוֹא *an non?* Verum ante Gutturalem Puncto (ָ) notatam aſſumit (ֶ), ut הֶהָיְתָה זֹאת *numquid fuit hoc?* alio autem Puncto notatam, aſſumit (ַ); ut הַאִם *an ſi?* ſi monoſyllaba praeeant, plerumque Kametz adſciſcit ut הָהַר *mons*; הָחַי *vivens*: quod cum puncto (ֶ) proſtat Gen. 16. 20. cum (ַ) ibid. 13.

II. De ו.

Fit Schurek ante Sceva, aut Bumaph, Vau copula vocum.

Vau copulativum ante litteras Puncto (:) ſubſcriptas, & Labiales, non וְ, ſed וּ evadet, quod breve reputatur; ſic וּצְבָאוֹ *utzbao*, *& exercitus ejus;* וּמֵת *& mortuus*.

 ve-

ְ *vero accipient Milel*, *&* *monoſyllabon uſque* .

At ſi praefigatur voci, quae ſit penacuta, aut monoſyllabon, accipiet Kametz, ante ipſas etiam Labiales; ut פָּחַת *&* *fovea* ; פַּח *&* *laqueus* .

De ו, quod Converſivum dicitur.

(1) *Vau quoque Praeterito dat deſignare Futurum*,
(2) *Accentumque ultra*, *numerus ſi ſingulus*, *urget* .

(1) Interdum (ו) convertit Praeteritum in Futurum, nec Punctum commutat ſuum ; ut וְאָמַר *&* *dicet*, pro *&* *dixit* .

(2) In perſona 1. & 2. ſing. Praeteriti accentum a penultima rejicit in ultimam ; ita וְאָמַרְתָּ *&* *dices* pro וְאָמַרְתָּ &c. (excipiuntur Quieſcentia Verba *Lamed-Aleph*, & *Lamed-He* ; in quibus accentus ſuo loco manet ; ut וְקָרָאתָ *&* *clamabis* &c.)

(1)

(1) *Praeteritum contra dat deſignare Futuro ;*
Tum ſibi depoſcit Pathach, Dagheſc-que ſodalem :
(2) *Excutit at Dagheſc, ſi Jod cum Scevva ſequatur .*

(1) Convertit etiam Futurum in Praeteritum , tumque aſſumit ſibi Pathach , & Dagheſc Forte in littera ſequente ; ut וַתִּפְקוֹד *& viſitaſti* , pro *& viſitabis* .

(2) Si vero ſequatur Jod ſcevatum , excludit Dagheſc ; ut וַיִּפָּקֵד *& viſitavit*, pro וְיִפָּקֵד .

(1) *Nonnunquam accentum retrabit , mutatque Futuri*
Poſtremum Tzere , aut Pathach in Segol amicum :
(2) *Aut Cholem, aut Schurek ad Kametz Catuph agentur ;*
(3) *Aut Schurek ad Pathach Reſc ante , aut Ahchach anhelum .*

(1) Saepe accentum ab ultima ſyllaba trahit in penultimam , tumque (‥), aut (-) Futuri mutatur in (·) ut וַיְבָרֶךְ, pro

pro וַיְבָרֵךְ, *& benedixit*.

(2) Aliquando terminatio (וּ), aut (ִי) Futuri tranſit in Kametz-Catuph; ut וַיָּקָם, pro וַיָּקוּם *& ſurrexit*; וַיָּמָד pro וַיָּמוֹד, *& menſus eſt*.

(3) Denique terminatio Futuri in (וּ) nonnunquam abit in (ַ) ante litteras ר, & Gutturales; ut וַיָּסַר, pro וַיָּסוּר, *& receſſit*; וַיָּנַע *& commotum eſt*, pro וַיָּנוּע.

III. De ל, כ, ב.

Beth, Caph, & Lamed, Sceva
ſaepe recedere cogunt;
Namque Chirek poſcunt raptum Jod
ante ſcevatum;
Tum Jod Sceva ſuum expellet, pri-
vumque manebit.

Si ל, כ, ב, ſint ante Jod ſcevatum, tunc (:) horum Praefixorum, & (:) ipſius Jod coaleſcunt in unum Chirek; ut בִּיהוּדָה *in Judaea*, pro בְּיְהוּדָה; לִימִין הָאֵל pro לְיְמִין, *ad dexteram Dei*.

He ſaepe exploſo, ejus avent ſibi ſub-
dere Punctum.

Sae-

Saepe ejiciunt ה, ejuſque Punctum adſciſcunt; ut כְּדוֹנַג *ſicut ipſa cera*, pro כְּהַדּוֹנַג.

Lamed Kames habet monoſyllabon ante, Milelve.

Lamed ante Infinitum monoſyllabon, aut penacutum, aſſumit (ָ); ut לָמוּת *ad moriendum*; לָדַעַת *ad ſciendum.*

Aliquando ſumit idem Punctum (ָ) ante nomen monoſyllabon, aut Milel; ut לָלֵב *cordi*; לָאָרֶץ *terrae.*

Eaedem hae litterae ל, כ, ב, accipiunt etiam particulam expletivam מו; ut בְּמוֹ אֶרֶב *in inſidiis*, &c.

IV. Gradus Comparationis.

Cum re, quod reliquum eſt, ſi res confertur, uti fit
Per prae *particulam, aut* valde *perſaepe Latinis;*
Sic מ *ſimulque* ב, *atque* מְאֹד *id praeſtat Hebraeis.*

Gradus Comparationis apud Hebraeos fiunt

fiunt per Praefixa מִ , בְּ , & adverbium מְאֹד *valde* ; ut טוֹב מִיַּיִן *bonus prae vino* , h. e. *melior vino* ; יָפָה בַּנָּשִׁים *pulchra in mulieribus* , h. e. *pulcherrima* Cant. I. 8. טוֹב מְאֹד *bonus valde* , h. e. *optimus* .

§. *IV.*

De Pronomine Primitivo .

Quae Nomen referunt , merito Pronomina dicta ,
Haec Genere , & Numero , & Caſu diſcrevit Iacob .

Pronomina, quae vocantur *Primitiva*, variantur Genere , Numero , & Caſu , quem Praefixa indicant : Pronomen ſolum Perſonae primae communis eſt Generis , ut in tabula ſequente .

Horum porro pronominum alia *ſeparata* , alia *conjuncta* ſunt . Et *ſeparata* quidem dictionem per ſe ipſa conſtituunt: *conjuncta* vero ſic nomine ſunt dicta, quod voci adhaerentia, unam prae ſe oſtendunt, cum illa revera ſit duplex. *Separata* itidem in *integra* & *defectiva* tribuuntur. *In-*

Integra veri nominis habent rationem , genere enim, caſu numeroque variantur; *defectiva* non item . Ut horum pronominum (integrorum ſcilicet) altius in adoleſcentium animos notio deſcenderet per ſuos quaeque caſus deducere ſeparatim placuit , pluralem numerum ſingulari e e regione opponentes, quo facilius, quae inter utriuſque flexiones eſt convenientia, diſcenti innoteſcat . Monitum illud poſtremo volumus hujuſmodi pronomina vicem gerere verbi ſubſtantivi *ſum* , *es* , *eſt* .

PRONOMINA PRIMITIVA

Primae Perſonae .

nos	אֲנַחְנוּ	ego	אֲנִי	Nom.
noſtrum	שֶׁלָּנוּ	mei	שֶׁלִּי	Gen.
nobis	לָנוּ	mihi	לִי	Dat.
nos	אוֹתָנוּ	me	אוֹתִי	Acc.
a nobis	כִּמֶּנּוּ	à me	מִמֶּנִּי	Abl.

Reperitur אָנֹכִי *ego* . Et apud *Jer*. 42. 6. אֲנוּ quod ק׳ juxta poſitum legendum monet אֲנַחְנוּ *nos* . Item ablato א . נַחְנוּ . Tum

Tum מִנִּי & מֶנִּי *a me* .

Secundae perſonae Maſculinae .

vos	אַתֶּם	tu	אַתָּה
veſtrum	שֶׁלָּכֶם	tui	שֶׁלְּךָ
vobis	לָכֶם	tibi	לְךָ
vos	אֶתְכֶם	te	אוֹתְךָ
a vobis	מִמְּכֶם	a te	מִמְּךָ

Scriptum אַתָּה cum ה paragogico ut a forma feminina diſtingueretur , prodidere Maſorethae . Quinque tamen illi loca deſignarunt , unde paragogicum illud abeſſet , quae ה ſuffecto , correcta voluerunt . Dandi caſus ſingul. aliquando eſt לְכָה. Accuſandi : אוֹתְכָה . ה ut vides appoſito . A מִמְּכֶם alterum מְ quandoque exſulat , ut מִכֶּם exſiſtat .

Secundae perſonae Femininae :

vos	אַתֶּן	tu	אַתְּ *&* *quinquies* אַתִּי
veſtrum	שֶׁלָּכֶן	tui	שֶׁלָּךְ
vobis	לָכֶן	tibi	לָךְ
אֶתְנָה vel vos	אֶתְכֶן	te	אוֹתָךְ
a vobis	מִמְּכֶן	a te	מִמֵּךְ

Ter-

Tertiae perſonae Maſculinae.

illi הֵם ille הוּא
illorum שֶׁלָּהֶם illius שֶׁלּוֹ
illis לָהֶם illi לוֹ
אֶתְהֶם , &, illos אוֹתָם illum אוֹתוֹ
אוֹתָהֶם, &, ab illis מֵהֶם ab illo מִמֶּנּוּ & מִנֵּהוּ & מִנְהוּ

Tertiae perſonae Femininae.

illae הֵן illa הִיא
illarum שֶׁלָּהֶן illius שֶׁלָּהּ
illis לָהֶן illi לָהּ & *ter* לְהּ
אֶתְהֶן &, illas אֹתָן illam אוֹתָהּ
אוֹתָנָה, &, ab illis מֵהֶן ab illa מִמֶּנָּה

ALIA PRONOMINA.

Demonſtrativum.

Mas זֶה hic. זוֹ , זֹה , ואת haec *femella*, *carentes*
Plurali; *ut* זו hic, haec. Hi, *aut* hae *pluralis* אֵל , אֵלֶּה.

Invenitur etiam הַלָּזֶה, & הַלָּז *bic idem*: oc-

occurritque הַלָּזוּ *hic ipſe:* & הָאֵל *hi*, aut *hae ipſae*.

Relativum.

אֲשֶׁר Qui, *ut* שֶׁ, *omne Genus*, *Numerumque prebendit*.

Aliquando אֲשֶׁר valet etiam *ſi*; *ſic*; *immo*; *ut*; *uti*; *&*; *quoniam*.

Interrogativum de perſona, & re quacumque.

מִי quis? quae? rogat. *At* מָה, מַה, מֶה quodcumque *rogabit*.

Nonnunquam particulae מָה, מַה, מֶה denotant *quam*; *cur*; *quomodo*; ut מַה־טּוֹב *quam bonum!* &c. & cum praefixo כּ *tot*; *quot*; *quoties*; ut כַּמָּה שָׁנִים *tot anni* &c.
Reliqua ſunt conjuncta, quae vulgo *praefixa* (de quibus abunde *in de Praef. & app. pag.*49. dictum jam antea eſt) & *ſuffixa* dicuntur, de quibus poſtremis jam canitur.

§.*V*.

§. *V.*

De Affixis ſive de Pronomine Poſſeſſivo.

Particulae abſciſſae integro Pronomine praebent
Poſſeſſivum : *hae ſuffiguntur vocibus imis ;*
Suffixa *ut liceat* , *mavis ni* Affixa, *vocari* .

Extremae ſyllabae exciſae ex perfectis Pronominibus conſtituunt *Pronomina Poſſeſſiva*. Hae vocum extremitati affiguntur ; quare *Affixa* ſive *Suffixa* appellantur : earum autem Genus, non rei poſſeſsae; ſed poſſeſſori eſt accommodandum. Singula ex ſingulo pronomine detracta heic una veluti in tabula exhibere animus fuit, quo facilior ad illa cum nominibus conjungenda daretur via. Cujus conjunctionis exemplum ſubinde propoſuimus, ut habeant quo confugiant adoleſcentes, ſi haec memoriâ fortaſſe deciderint.

Ex

Ex אֲנִי fit ִי *meus, ea, um*; & ַי *mei, ae, a*.
Ex אֲנַחְנוּ fit ֵנוּ *noſter, ra, um*, &c.
Ex אַתָּה fit ְךָ, vel כָה *tuus, tua, tuum*.
Ex אַתֶּם fit כֶם *veſter, ra, rum*, &c.
Ex אַתְּ fit ֵךְ & כִי *tuus, a, um*, & ַיִךְ *tui, ae, a*.
Ex אַתֵּן fit כֶן *veſter, ra, um*, &c.
Ex הוּא fit, ו, & הוּ *ſuus, ſua, ſuum*, & *ejus*.
& ו cum Plur. *ſui, ſuae, ſua, ejus* &c.
Ex הֵם fit הֶם *ſui, ſuae, ſua, & eorum*; & ָם cum Sing. *ſuus, a, um*, & *eorum*; & מוֹ in libris Poëticis.
Ex הִיא fit ָהּ *ſuus, a, ſuum, ejus*, & ָה cum Plur. *ſui, ae, a, ejus*.
Ex הֵן fit הֶן *ſui, ſuae, ſua, earum*; & ָן cum Sing. *ſuus, a, um, earum*.

Subjectum Paradigma omnem affixorum rationem clarius explicabit.

Plur. *Maſc.* *Sing.*

Verba דְּבָרִים	*verbum* דָּבָר
mea דְּבָרַי	*meum* דְּבָרִי
tua דְּבָרֶיךָ	*tuum* דְּבָרְךָ
tua דְּבָרַיִךְ	*tuum* דְּבָרֵךְ
ſua, ejus דְּבָרָיו	*ſuum, ejus* דְּבָרוֹ
ſua, ejus דְּבָרֶיהָ	*ſuum, ejus* דְּבָרָהּ

ſua

ſua, eorum דִּבְרֵיהֶם	*ſuum, eorum* דְּבָרָם
ſua, earum דִּבְרֵיהֶן	*ſuum, earum* דְּבָרָן
noſtra דְּבָרֵינוּ	*noſtrum* דְּבָרֵנוּ
veſtra דִּבְרֵיכֶם	*veſtrum* דְּבַרְכֶם
veſtra דִּבְרֵיכֶן	*veſtrum* דְּבַרְכֶן

Aliud Paradigma pro Nominibus

Plur.	*Femin.*	*Sing.*
leges תּוֹרוֹת		*lex* תּוֹרָה
meae תּוֹרוֹתַי		*mea* תּוֹרָתִי
tuae תּוֹרוֹתֶיךָ		*tua* תּוֹרָתְךָ
tuae תּוֹרוֹתַיִךְ		*tua* תּוֹרָתֵךְ
ſuae, ejus תּוֹרוֹתָיו		*ſua, ejus* תּוֹרָתוֹ
ſuae, ejus תּוֹרוֹתֶיהָ		*ſua, ejus* תּוֹרָתָהּ
ſuae, eorum תּוֹרוֹתֵיהֶם		*ſua, eorum* תּוֹרָתָם
ſuae, earum תּוֹרוֹתֵיהֶן		*ſua, earum* תּוֹרָתָן
noſtrae תּוֹרוֹתֵינוּ		*noſtra* תּוֹרָתֵנוּ
veſtrae תּוֹרוֹתֵיכֶם		*veſtra* תּוֹרַתְכֶם
veſtrae תּוֹרוֹתֵיכֶן		*veſtra* תּוֹרַתְכֶן

REGULA VII.

Mutatio Litterarum ob Affixa.

(1) *Affixa abjiciunt* ִים , *&* ַיִם . (2) *at-*

que הֶ ; (3) *ſed Segol ante Affixum* הָ *manet* . (4) ה *in* ת *ſed Femina mutat*.

E X E M P L A

(1) ים Pluralis , & Dualis יִם , cum apponuntur Affixa , abjiciuntur ; ſic דְּבָרִים fit דְּבָרָיו *verba ejus*; יָדַיִם fit יָדָיו *manus ejus* .

(2) Abjicitur etiam terminatio in הֶ ; ſic מִקְנֶה fit מִקְנְךָ *pecus tuum* ; & פֶּה *os* fit פִּי *os meum* .

(3) Sed ante affixum הָ *ejus* Segol manet ; ut מִקְנֶהָ *pecus ejus* .

(4) Feminina in הָ mutant ה in ת ; ſic תּוֹרָה cum Affixo fit תּוֹרָתוֹ *lex ejus* .

E X C E P T I O.

שֶׂה *agnus* fit שֵׂיוֹ cum (י) quieſcente, *agnus ejus*, perinde ac eſſet formae שֵׂיֶה : ſic etiam פֶּה *os* cum aliis Affixis accipit (י) quieſcens in Chirek; ut פִּיךָ *os tuum*; פִּינוּ *os noſtrum* . &c.

RE-

R E G V L A VIII.

Mutatio Punctorum ob Affixa.

(1) *Affixa* הֶן , הֶם , & כֶן , כֶם conſtructa
vocantur ;
Nam libet his, Formae *ut* conſtructae,
vertere nomen.
(2) הֶ , אָב , אָח , חָם , *Affixo* הו *jungantur oportet*.

E X E M P L A.

(1) Affixa haec vocantur *conſtructa*; nam eam in nominibus, quibus affiguntur mutationem Punctorum requirunt, quam nomina illa, ſi eſſent in *Forma conſtructa*, ſubirent; ut דִּבְרֵיכֶם *verba veſtra*, a דְּבָרִים ; דְּמֵיכֶן *ſanguis veſter*, a דָּמִים ; in quibus exemplis terminatio ים mutata eſt in (ֵי) ſecundum Reg. V. n. 1. & (ָ) penultimum mutatum eſt in Sceva ſecundum Reg. VI. n. 2. at aliud Sceva in priori exemplo mutatum eſt in (ִ), ne duo Sceva concurrerent in dictionis principio, ut pag. 40. n. 2.

 (2)

(2) Affixum הוּ *ejus* nominibus tantum in ֶה finitis adhibetur, abjecto ֶה & praecedente (‥) ut מִקְנֶה fit מִקְנֵהוּ *poſſeſſio ejus*; ſed שֶׂה *agnus* fit שֵׂיֵהוּ *agnus ejus*.

Idem Affixum הוּ adhibetur tribus nominibus אָב, אָח, חָם interpoſito Chirek longo, ut אָבִיהוּ *pater ejus*, quod Chirek longum ſumunt haec tria nomina cum ceteris etiam Affixis, excepto Affixo (ִי); ut אָבִיךָ *pater tuus*.

Porro nonnunquam adhibetur (ו) pro הוּ; ut אָבִיו *pater ejus*.

REGVLA IX.

Reliquorum Punctorum mutatio ob Affixa.

Punctorum reliquum ob Suffixa tenetur eadem
Lege, loco quam quaeque ſuo jam Regula Punctis
*Mutandis ſtatuit. * Dumtaxat paucula more*
Se proprio geſſiſſe juvat; quae inferne notantur.

EXEM-

E X E M P L A.

Lex mutandorum Punctorum ob Affixa, generatim eadem eſt ac ea, quam in ſuperioribus Regulis tradidimus; pauculis exceptis, quae peculiarem mutationem affectant.

[..] & [ּ] *penultima*

In ſingulari mutantur in [:], ut in Reg. III. Ita שֵׁנָה fit שְׁנָתְךָ *ſomnus tuus*; דָּבָר fit דְּבָרִי *verbum meum*.

* At in plurali manent; ut דְּבָרִים fit דְּבָרַי *verba mea*; שְׁכֵנִים fit שְׁכֵנָיו *vicini ejus*, a שָׁכֵן; cum Affixis vero conſtructis mutantur in (:); ſic דִּבְרֵיהֶם *verba eorum*; שִׁכְנֵיכֶם *vicini veſtri*.

(..) & (ּ) *ultima*

Ante Affixa conſtructa mutantur in (-), ut in Reg. VI. ſic דְּבַרְכֶם *verbum veſtrum*; ſed (ּ) ſine his Affixis manet, ut in Reg. IV. ſic דְּבָרִי *verbum meum*.

Sic (..) quoque manet, praecedente

 (ּ)

(ּ) , ut in Reg. IV. Ita שְׁכֵנוֹ *vicinus ejus* . Item manet ſi praecedat (:); ut פְּאֵר fit פְּאֵרְךָ *ornamentum tuum* ; ſecus fit (:) , ut in eadem Reg. ſic כִּסְאוֹ *ſolium ejus* , a כִּסֵּא.

At in nominibus ortis ex Defectivis, quae propterea poſcunt Dagheſc Forte , ſequuntur Reg. IV. n. 2. Ita שַׂק *ſaccus* , שַׂקִּי *ſaccus meus* ; לֵב *cor* , לִבִּי *cor meum* .

(ּ) *penult. & ultim.*

Mutantur in (:) ut in Reg. III. & IV. Excep. II. verum forma ſequens ſpectanda eſt .

* Forma (ֶ ֶ) aut (ָ ֶ) mutatur ita, ut ultimum (ֶ) fiat (:) , penultimum vero pro Sceva mutetur in [ִ] , vel [ַ] , vel [ָ] ; quia duo Sceva in principio vocis cujuslibet conſiſtere nequeunt, ut alibi jam dictum eſt ; ſic בֶּגֶד fit בִּגְדוֹ *veſtis ejus* ; מֶלֶךְ fit מַלְכְּךָ *Rex tuus*. (Haec mutatio ſervatur quoque in Duali nominum , quae habent hanc formam , etſi deſit Affixum ; ut קֶרֶן *cornu*, dual. קַרְנַיִם).

Itidem mutatur forma quinque punctorum [ֵ ֶ] ; ſic חֵלֶק fit חֶלְקִי *portio mea*.

(ı)

(ו) *penultimum*

* Manet, ni ſequatur (ֵ), aut (-), tunc enim abit in (ֱ), aut in (ְ); ita קֹדֶשׁ fi קָדְשׁוֹ *ſanctitas ejus*; אֹהֶל fit אָהֳלוֹ *tabernaculum ejus*; & גֹּדֶל fit גָּדְלוֹ *magnitudo ejus*.

(ו) *ultimum*

Manet etiam invariatum, ut in Reg. IV. ſic כְּבוֹדִי *gloria mea*, a כָּבוֹד.

Verum in nominibus derivatis ex Defectivis mutatur, ut in eadem Reg. IV. Ita עֹז *robur*, עֻזִּי *robur meum*.

Forma (ַיִ) contrahitur in (ֵי), ut in eadem Reg. IV. ſic בַּיִת fit בֵּיתוֹ *domus ejus*.

* In forma [ְיִ] Puncta quaſi tranſponuntur, & (ִי) fit breve; ita שְׁבִי fit שִׁבְיָה *captivitas ejus*; ſed ante הֶן & הֶם Puncta non mutantur; ut פְּרִי fit פִּרְיָהֶם *fructus eorum*.

* Feminina pluralia accipiunt Affixa, non ſecus ac ſi eſſent in regimine; ut צְדָקוֹת fit צִדְקוֹתָיו *juſtitiae ejus*.

Denique tria nomina מָוֶת , תָּוֶךְ , אָוֶן contrahuntur in (וֹ) , ut in Reg. V. ita אוֹנָם *iniquitas eorum* &c.

R E G V L A X.

Mutatio Punctorum ob Accentum pauſantem , & Makkaph .

(1) *Accentu Pathach in Kametz mutetur oportet* .
(2) *Induit in Segol ſe accentu Sceva retracto ;*
(3) *Sic Cateph-Kames in Cholem ;* (4) *ſic denique Segol*
In Kametz ; (quod item verbis contingere cernas .)
(5) *Corripit interdum Makkaph torpentia Puncta* .

E X E M P L A.

(1) Accentu quoque propter pauſam mutantur nominum Puncta ; & primo (ַ) , quod accentum praecedit , tranſit in (ָ); ut יָדָֽי *manus meae*, pro יָדַי (id quod ipſis Verbis commune eſt ; ut אָמָֽר *dixit* , pro אָמַר) . (2)

(2) Sceva mutatur in (ֵ), accentu in penultimam recedente, ut פֶּרִי, pro פְּרִי

(3) Cateph-Kametz aliquando vertitur in (ֹ); ut חוֹלִי *morbus*, pro חֳלִי.

(4) Saepe (ֵ), quod praecedit aliud (ֵ) mutatur in Kametz; ut שָׁמֶשׁ *ſol*, pro שֵׁמֶשׁ (quod etiam Verbis uſuvenit; ut לָשֶׁבֶת *ad ſedendum*, pro לְשֶׁבֶת).

Sed nomini אֶרֶץ ſi praefigatur ה, mutatur ſemper dextrum (ֶ) in (ָ), etſi deſit accentus pauſans; ſic הָאָרֶץ *haec tellus*. Contra מֶלֶךְ *Rex*, & צֶדֶק *juſtitia* ſervant dextrum Segol cum ipſo accentu pauſante.

(5) Makkaph demum mutat Puncta longa in brevia analoga, nempe (ָ) in (ַ), (ֵ) in (ֶ), (ֹ) in (ָ) ſeu Kametz-Catuph; ut כָּל־גּוֹי *omnis gens*, pro כּוֹל: nonnulla tamen uſu addiſcenda excipiuntur.

REGULA XI.

Mutatio Pronominum ob Accentum Pauſantem.

(1) *Afficiunt etiam Accentus Pronomina; namque* De-

Decurtant ſimul , & tranſponunt
Puncta quibuſdam ;
(2) *Producuntque aliis, quae raptim Puncta ciebant .*

E X E M P L A

(1) Quaedam Pronominum voces ob Accentus tranſponunt Puncta , & Syllabarum numerum contrahunt ; ſic לְךָ *tibi* , אוֹתְךָ *te* , מִמְּךָ *a te* , בְּךָ *in te* fiunt ob Accentum pauſantem , לָךְ , אוֹתָךְ , מִמֶּךָּ , בָּךְ .

(2) Quaedam vero producunt Puncta brevia ; ut אֲנִי אָנֹכִי אֶהְיֶה fiunt : אָנִי אָנֹכִי אֶהְיֶה .

A P P E N D I X.

De Vocibus compoſitis , & Hehemanthicis.

Voces Iſacides integras cogit in unum;
Aut mutilas jungit : nova ſic vocabula fingit .

Mos eſt Hebraeis voces in unum cogere ; quae illud idem conjunctae ſignificent

ficent , quod ſeorſum poſitae ſignifica- rent : tum integras : ut הַלְלוּיָהּ *laudate Deum* , ex יָהּ *Deus* , & הַלְלוּ *laudate* ; צַלְמָוֶת *umbra mortis* , ex מָוֶת *mors* , & צֵל *umbra* : tum mutilatas; ut פַּלְמֹנִי; quae vox conficta eſt, ut nomen proprium cu- juſpiam reticeatur (Graece ὁ δεῖνα *qui- dam* ; Itale *un certo*) ex vocibus inte- gris אַלְמֹנִי & פְּלֹנִי , quae illud idem ſi- gnificant .

Nomina propria frequentius hac ratio- ne componuntur ; tum vocibus integris; ut מִיכָאֵל *Michael* ; ex מִי *quis* , כְּ *ſicut* , & אֵל *Deus* : tum mutilatis ; u אַבְרָהָם *A- brabam* ; ex אָב *pater* , רַב *numeroſus* , & הָמוֹן *multitudo* .

Coagmentantur etiam voces ex Prae- fixis & Suffixis ; ut בִּי *in me* ; בְּךָ *in te*, & cum accentu pauſante בָּךְ, ut mo- do dictum eſt . &c.

Tum plura Praefixa congeruntur ; ut בִּשְׁלִי *propter me* ; בְּשֶׁלְּמִי *propter quem*.

Tamen his omnibus frequentiores ſunt voces , quas *Hebemanthicas* Grammati- ci appellant . Nam Radici (Radix ap- pellatur vox , unde aliae voces exſiſtunt; quae tribus ut plurimum conſtat litteris:) nam

nam Radici , inquam , ſi una aut plures litterae vocis hujuſce הֶאֱמַנְתִּי adjiciantur, vox nova exſiſtit ; ut a Radice צָבַע *pinxit* fit אֶצְבַּע *digitus* ; a לוּן *pernoctare* fit מְלוּנָה *tuguriolum*. &c. Praeter has litteras , adjicitur etiam aliquando littera ו ; ut a שָׁמַע *audivit* fit שְׁמוּעָה *fama*.

C A P V T III.

De Verbis.

§. I.

De Verbo Perfecto.

(1) *Quod* non dum appetiit tempus ;
quod ceſſit , *Hebraea*
Verba notant tantum ; (2) *at* Praeſens *haud* tempus *omittunt*.

(1) Hebraea Verba duobus temporibus diſtinguuntur *Futuro* , & *Praeterito* . Praeteritum licet ſit unum ; univerſas tamen anteacti temporis ſignificationes , pro eo ac poſtulat ſententia , complectitur, ut puta פָּקַד *viſitabat*, *viſitavit*, *viſita-*

ſitaverat , *viſitaverit*, *viſitaviſſet*. Idem de futuro ſentias. Quod quidem duplex conſtituunt Hebraei *Primum* ſcilicet, & *Secundum*, hoc tamen diſcrimine, ut illud imperet, hoc alterum veri futuri habeat rationem.

(2) Pro tempore *Praeſenti* adhibetur Participium praeſens, quod *Benoni* appellatur; *ego diſcens* dicunt ex. gr. pro *ego diſco*. Quod quidem tempus aliquando per praeteritum, aliquando etiam per futurum efferunt. Conſule Pſ. I. v. 1.

Conjugationes ſeu Formae Verborum.

(1) *Quatuor in Formas Verbum convertitur omne:*
Tres facit Activas cum Paſſiva arbiter uſus:
Quarta Reciproca Paſſivam non accipit una;
(2) *Quae* פָּעַל *priſco a Paradigmate nomina ducunt.*
Quid ſibi quaeque velit, tibi proſam exprimere juſſit.

[1] Quodlibet Verbum apud Hebraeos per quatuor Conjugationes infleɛtitur, quarum tres *Aɛtivae* ſunt, cum ſua *Paſſiva* unaquaeque: quarta *Reciproca* eſt, idcirco *Forma Paſſiva* caret.

[2] Hae Conjugationes ab antiquo Paradigmate פָּעַל *operatus eſt*, quod priſci Grammatici uſurparunt, nomen nactae ſunt; at vetus illud paradigma ob mediam gutturalem, quae vocalium mutationibus obnoxia erat, proindeque non levi tironibus in flectendis temporibus incommodo, immutatum poſtea in פָּקַד eſt.

I. Dicitur *Kal* nim. *lenis*, vel *levis*. Ejus enim & forma, & ſignificatio ſimplex eſt. Vel *Pahal*, cujus paſſiva eſt *Niphal*. Haec conjugatio ſimplicem actionem ſignificat, aut paſſionem; ut *diſcere* ex. gr., aut *diſci*.

II. *Pihel*, cujus Paſſiva *Puhal*. Haec vim actionis, ſeu paſſionis intendit; ut *ſollerter diſcere*, aut *ſollerter diſci*.

III. *Hiphil*, ejuſque Paſſiva *Hophal*. Haec actionem ſignificat, aut paſſionem, juſſu aut ſuaſu alterius factam; ut *fecit diſcere*, aut *diſcere factus eſt*.

IV.

IV. *Hithpahel*. Haec agentem exhibet in ſeipſum; ut *diſcere ſe ſe*.

Animum adverte, per ipſa haec Conjugationum nomina, *Pahal*, *Niphal*, *Pihel*, *Pulhal*, &c. ſuggeri primas voces Verbi cujuslibet. Nos in una tabula, ut memoriae conſulamus, Paradigma omnium Conjugationum cum ſuis Temporibus, Modiſque, & accentibus proponimus, ut uno propemodum obtutu in quo conveniant, vel differant, dignoſcatur.

Paradigma

Pihel	*Niphal*	*Kal*	*Perſ.*		
פִּקֵּד	נִפְקַד	*viſitavit* פָּקַד	3. M.	*Singular.*	Praeteritum.
פִּקְּדָה	נִפְקְדָה	פָּקְדָה	3. F.		
פִּקַּדְתָּ	נִפְקַדְתָּ	פָּקַדְתָּ	2. M.		
פִּקַּדְתְּ	נִפְקַדְתְּ	פָּקַדְתְּ	2. F.		
פִּקַּדְתִּי	נִפְקַדְתִּי	פָּקַדְתִּי	1. C.		
פִּקְּדוּ	נִפְקְדוּ	פָּקְדוּ	3. C.	*Plural.*	
פִּקַּדְתֶּם	נִפְקַדְתֶּם	פְּקַדְתֶּם	2. M.		
פִּקַּדְתֶּן	נִפְקַדְתֶּן	פְּקַדְתֶּן	2. F.		
פִּקַּדְנוּ	נִפְקַדְנוּ	פָּקַדְנוּ	1. C.		
יְפַקֵּד	יִפָּקֵד	יִפְקֹד	3. M.	*Singular.*	Futurum.
תְּפַקֵּד	תִּפָּקֵד	תִּפְקֹד	3. F.		
תְּפַקֵּד	תִּפָּקֵד	תִּפְקֹד	2. M.		
תְּפַקְּדִי	תִּפָּקְדִי	תִּפְקְדִי	2. F.		
אֲפַקֵּד	אֶפָּקֵד	אֶפְקֹד	1. C.		
יְפַקְּדוּ	יִפָּקְדוּ	יִפְקְדוּ	3. M.	*Plural.*	
תְּפַקֵּדְנָה	תִּפָּקַדְנָה	תִּפְקֹדְנָה	F.		
תְּפַקְּדוּ	תִּפָּקְדוּ	תִּפְקְדוּ	2. M.		
נְפַקֵּד	נִפָּקֵד	נִפְקֹד	1. C.		
פַּקֵּד	הִפָּקֵד	פְּקֹד	2. M.	*Sing.*	Imperat.
פַּקְּדִי	הִפָּקְדִי	פִּקְדִי	2. F.		
פַּקְּדוּ	הִפָּקְדוּ	פִּקְדוּ	2. M.	*Plur.*	
פַּקֵּדְנָה	הִפָּקַדְנָה	פְּקֹדְנָה	2. F.		
פַּקֵּד	הִפָּקֵד	פְּקוֹד *vel* פָּקוֹד	Infin.		Part. Praet. *Pahul* פָּקוּד
מְפַקֵּד	נִפְקָד	Particip. פּוֹקֵד	Benoni.		

Adnotationes Generales .

I. *Tertia Praeteriti ſobolis perſona propago eſt* ,
Syllaba ſi addatur Pronominis ultima quaeque .

II. *Ex Infinito reliquum* , *ceu* Fonte *redundat* .

I. A tertia Praeteriti perſona [quae Radix eſt, ſive Thema in *Kal*] reliquae ejus perſonae formantur , adjectis poſtremis ſyllabis Pronominum , ut in Paradigmate videre eſt ; idcirco ab hac perſona incipit Conjugatio .

Illud tamen diligenter animadvertas , eam eſſe in verbis certam vocales apponendi regulam , ut cum illa in extremo augentur , incremento vocali הָ nimirum, et ו, ſecunda radicalis ſubjectum habeat (:), Hiphil tantum excepto, in quo (‥) magnum manet. Cum vero incrementum conſonum accedit, (:) illud tertiam ornat radicalem. Incrementum porro hujuſmodi , reliquas omnes particulas complectitur. Nim. תָּ, תְּ, תִּי, תֶּם, תֶּן, נוּ.

II.

II. Ex Infinito, ceu *Fonte* [nam Hebraice dicitur מָקוֹר *Fons*, quia inde ſcilicet *rivi definitae ſignificationis in reliqua finita tempora deducuntur*, inquit Buxtorf.] reliqua fere omnia derivantur: praefixis enim litteris בכלם, habentur Gerundia : ex. gr. בִּפְקוֹד *in viſitando*; לִפְקוֹד *ad viſitandum* &c. Quod infiniti genus *conſtructum* nonullis placuit appellare.

Futurum etiam inde formatur, praefixis litteris יתאן [ſive אֵיתָן mavis dicere ducto ab Ethan Ezrahita nomine, ſapientia clariſſimo, cantuſque peritiſſimo] et ſuffixis tribus incrementis נָה, ו, י quae ex pronominibus ſecundae & tertiae perſonae ſunt deſumpta.

Participia, excepta prima Conjugatione, ex ipſo Infinito derivantur, praefixo מְ. Quae vero Kal exhibet, duo enumerantur; quibus *Benoni* & *Pahul* nomen factum. Activum alterum, alterum paſſivum. De *Benoni* id praeter cetera monitum velim, illud cum pronomen adjunctum habet, relicta participii, notionem reddere praeſentis, ut אֲנִי מוֹסֵר *ego trado*. Ad haec: pro verbali

 etiam

etiam nomine non raro uſurpari.

Imperativus denique nihil differt ab Infinito. *Semper enim ſimiles ſunt*, *&* *ſenſu tantum diſtinguuntur*, inquit Guarinus ſuae Gramm. pag. 137. Illius perſonae paulo ante dictis incrementis נָה, י, ִ producuntur. ה tamen illud aliquando avolat ab ipſa 2. plur. perſona: praeſto id eſt in Geneſ. IV. 23. שְׁמַעַן קוֹלִי *audite vocem meam*.

ADMONITIO.

I. Altera forma Infiniti in *Kal*, & in *Hiphil* [nam duas appoſuimus in Paradigmate] interdum uſurpatur pro Gerundio in *do* ſine praefixis; & plerumque geminando Verbum; ut פָּקוֹד תִּפְקוֹד *viſitando viſitabis*.

Eo quoque referas licet, quod vulgo monent Grammatici, nominis ſcilicet ſubſtantivi infinitum vim gerere, ut Pſ. CXXXIX. v. I. *Tu cognoviſti* שִׁבְתִּי *ſedere meum* וְקוּמִי *&* *reſurgere meum*.

II. Quod attinet ad *Formativas* Participii, & Futuri, מ atque איתן, ſciendum eſt per illas, non ſecus ac per Praefixa,

fixa, excludi ה Characteriſticum Temporum, ejuſque Punctum aſſumi; ut ex. gr. Participium in *Hiphil* eſt מַפְקִיד, pro מְהַפְקִיד; & Futurum יַפְקִיד, pro יְהַפְקִיד. Nam generalis Regula eſt: *Formativa Temporis expellit Formativam Conjugationis*.

III. Participia inflectuntur, ut nomina, eorumque ſingulare Fem. duplici forma variatur: ex. gr.

In Kal.		*In Niphal.*	
Sing. Maſ.	פּוֹקֵד	Sing. Maſc.	נִפְקָד
Fem.	פּוֹקְדָה	Fem.	נִפְקָדָה
	פּוֹקֶדֶת		נִפְקֶדֶת
Plur. Maſ.	פּוֹקְדִים	Plur. Maſ.	נִפְקָדִים
Fem.	פּוֹקְדוֹת	Fem.	נִפְקָדוֹת

Sed Femininum ſing. Participii *Pahul* formam communem habet:

פְּקוּדָה	Sing. Fem.	פָּקוּד	Sing. Maſ.
פְּקוּדוֹת	Plur. Fem.	פְּקוּדִים	Plur. Maſ.

Aliquando *Benoni* deſinit etiam in Chirek; ut תּוֹמִיךְ *ſuſtentans*, pro תּוֹמֵךְ:

 &

& ותשׁ *addens* : praeter duo haec , nullum ſic inſtructum habebis reliquum.

Notae Characteriſticae omnium Conjugationum.

Kal & Niphal.

(1) *Augmine* Kal *uno creſcit praeeunte Futuris.*
(2) Niphal *praefigit* נ *ſibi, expellitque Futuro*
Nun dein, cognatiſque Modis; Dagheſque rependit.

(1) *Kal* nullo augmento antecedente gravatur, praeter quam in Futuro litteris אית׳נ Formativis communibus Futurorum; idcirco dicitur *Kal* h. e. *levis*.
(2) *Niphal* praefert נ cum ſuo (·) in Praeterito, & Participio pro nota characteriſtica, Pathach vero Segolve ante Gutturalem interpunctum: at abjicitur Nun a Futuro, Infinito, & Imperativo; ejuſque defectus compenſatur per Dagheſc Forte in prima Radicali; ſimulque praefigitur ה Infinito, & Imperativo; Futu-

turo vero Formativae יהאן praeponuntur.

Adnotationes peculiares pro Kal.

[1) *Deſinere in Pathach* Kal *poſtulat ;*
attamen exit
In Tzere , vel Cholem interdum :
(2) *ac libet Infinito ,*
Et ſibi cognatis pro Cholem ſumere Pathach
Verbis tum Neutris , tum quae perflaverit Ahchah .

(1) *Kal* praeter Pathach deſinit etiam in Tzere ; ut זָקֵן *ſenuit :* inflectitur autem, ut Paradigma Commune זָקְנָה, זָקַנְתָּ, זָקַנְוּ &c.

In hac forma vero *Benoni* non differt a Radice , ſic זָקֵן *ſeneſcens* .

Kal deſinit quoque in (ו), quod manet praeterquam in tertiis perſonis , aut mutatur eodem pacto, quo [·] Paradigmatis communis; ſic autem inflectitur: 3. M. יָכוֹל F. יָכְלָה 2. M. יָכוֹלְתָּ &c.

At in 2. perſona plur. in qua accentus migrat ad ultimam ſyllabam , (ו)

ſit Kametz-Catuph, ut יִכָלְהֶן יִכְלְהֶם.
Quod שָׁפַט *judicavit*, ſit totum cametzatum: id praeter regulam omnino eſt.

(2) Infinitus, Futurum, & Imperativus pro (ֹ) habent (ַ) in ultima ſyllaba, cum Verbum eſt Neutrum, aut Radicalis media, vel poſtrema eſt Gutturalis; ſic Neutrum שָׁכַב *cubuit* habet Futurum יִשְׁכַּב *cubabit*; גָאַל *redemit*, Imper. גְאַל: שָׂמַח *laetatus eſt*, Fut. יִשְׂמַח.

ADMONITIO.

Hic pro re nata libet adnotare, I. nonnunquam *Benoni*, quum tertia Radicalis eſt ח, vel ע, deſinere per Craſin in Pathach; ut נֹטַע, pro נֹטֵעַ, *plantans*.

II. Perſonam 2. fem. ſing. ſub iiſdem Gutturalibus, ſi ſint ultimae Radicales, habere in Praeterito (ַ) pro (ְ); ut לָקַחַתְּ, pro לָקַחְתְּ, *accepiſti*.

III. Quaedam denique Verba habere in Praeteriti medio (ֵ) pro (ַ); ut שָׁאֵלְתִּי, pro שָׁאַלְתִּי, *rogavi*.

AD-

A D D E N D A

Ad Conjugat. Niphal.

Pro Niphal id fac animadvertas, quod tria heic recenſentur vulgo verba, quae licet hac paſſiva forma efferantur, rationem tamen habeant activae. Sunt illa porro נִלְחַם *pugnavit*, נִשְׁבַּע *juravit*, נִשְׁעַן *incubuit*: tria itidem in ו deſinant נֶהְפּוֹךְ *converſus eſt*, וְנֶחְתּוֹם *& obſignabitur*, וְנֶעְתּוֹר *& exoratus eſt*.

Ad haec 1. part. ex mutato (-) praeteriti in (‧) habetur: ut נִפְקַד, מִפְקַד. 2. Infinit. & Imperat. conſpirant amice; iiſdem enim interpunguntur ſignis: hoc tamen poſtremum reciprocam rectius admittit ſignificationem: cum paſſiva imperativo careant, quod infra declarabitur. 3. Abjectum נ in futur. imper. infin. compenſari per Dagheſc forte in littera inſequente, dictum ſupra eſt pag. 86. Quod ſi illa non admittat, quod ſit gutturalis vel ר, tum & formativae futuri, & ה illud, quod Inf. imp. & fu-

tur.

tür. praeit , pro (◦) ſibi (··) ſupponunt . En exempla יֵעָדֵר *fodietur* הֵאָסֵף *congrega te*, הֵאָסֵף *congregari* .

Pihel , & Puhal.

(1) *Forma* Pihel *Dagheſc media in Radice* , Puhalque
Figunt ; (2) *cui Chirek ; aut Kibbutz praeit*: (3) *utraque ſubdit*
Sceva ſub מ *Participj* , Jethanque *Futuri*.

(1) *Pihel* , & *Puhal* habent Dagheſc Forte in media Radicali pro characteriſtica .

(2) Sed Pihel habet Chirek ; *Puhal* vero Kibbutz ante Dagheſc Forte: quae Forma Puhal aliquando pro (ֻ) habet Kametz-Catuph ; haec enim Puncta invicem commutantur, ut כָּרַת *corrath praeciſus eſt* (*) . Interdum etiam admittit

(*) *Contra ſuperius tradita praecepta* ✓ *iſtud*

tit Schurech, quod in יוּלַּד videndum ſe praebet. Media gutturali ח Kibbutz manet ut רֻחָץ *abluta*. Si vero aliae interjacent gutturales aut ר, illa per Cholem compenſantur, ut הֹרַג *occiſus fuit*.

Quare autem haec conjugatio, & quæ inſequitur Hophal careat Imperativo; ea videtur ratio potiſſima, quod imperare non poſſumus, quod in manu noſtra non eſt.

[3] Utraque Conjugatio habet augmenta antecedentia מי Participii, & יתאן Futuri, quibus [:] ſubjicitur.

ADNOTATIO:

[1] *Pihel nec Pathach*; [2] *Segolve in fine recuſat*.

[1] Nonnunquam Forma Pihel pro (..)

ו *iſtud & dagheſc confixum habet, & legitur; id, ſcias, non adeo praeter normam eſſe, ut non & alia commonſtrent exempla: quae ſi collibuerit legere, adeas Buxtorf. c. 4. T. G. p. 21.*

[··] adſciſcit [·] cum in Praeterito ; ut אִבַּד *perdidit* ; tum in Futuro ; ut יְבַקַּע *ſcindet*; tum in Imperativo, פַּלַּג *divide*. Et quidem haec terminatio [·] in aliarum etiam Formarum tum Verborum Perfectorum tum Imperfectorum Temporibus , Modiſque non raro occurrit ; id quod ſemel hic adnotaſſe ſat erit .

[2] Saepiuſcule in (∵) deſinunt haec tria Verba דִּבֵּר *dixit ;* כִּבֵּס *lavit* , כִּפֵּר *expiavit*.

Daghesc characteriſtico excidente in locum Chirek ſuccedit Tzere : ut מֵאֵן *renuit* &c. illud tamen aliquando non compeſatum manet ut in נִאֵץ *irritavit* , & in aliis id genus.

Praetereundum porro non eſt, quod ſerio ingerunt Grammatici, hujus nempe conjugationis nonnulla verba priori adverſariam habere ſignificationem; quod in iis potiſſimum uſuvenire , docet Elias Levita , quae a nominibus oriuntur . En exempla, שֹׁרֶשׁ *radix* שֵׁרֵשׁ *radices egit*, & *evulſit radices*. Quod in modo allato exemplo Cholem pro Chirek vides: id ex forma Pohel eſt; nec quidquam peculiare habet praeter anomaliam daghesc ejecti in Cholem converſi . Quod daghesc ejectum aliquando unam , aut alteram litteram verbo geminat.

Vn-

Vnde *quadratum* verborum genus prodiit.

Hiphil, & Hophal.

(1) *Hiphil Radici* ה *cum Chirek praeficit, aut cum*
Pathach ; & Chirek longo diſterminat imam
Radicalem : (2) ה *ſibi cum o rapto praeficit Hophal* .

(1) *Hiphil* ſibi praefigit ה cum (ִ), aut (ַ); quod Pathach ſibi adſciſcunt יתאן Futuri, & מ Participii, excluſo ה, ut antea diximus; praeterea inter mediam ejus Radicalem, & ultimam intercedit (ִי) Quod in tertiis tantum praeteriti perſonis perſtat: in reliquis non item.

Hic in rem eſt ſcire, ſaepe in Futuro mutari hoc (ִי) in (ֵ), praeſertim ob (ו) Converſivum, eademque identidem ratione mutari in Imperativo, & Infinito; qui aliquando deſinit etiam in (ַ); ut הַפְצַר *inſtare:* inſuper (י) ſaepiſſime abjici a Chirek per totam Conjugationem. Exempla in promptu ſunt Jer. XLVII. 2. וְהֵילִל *& ululabit*, & Zach. XII.

XII. 7. וְיִשְׁמַע *& ſervabit* .

Quod vero in hac conjugatione praecipuum eſt, non pigeat paucis ſubjicere. Nimirum quamplurima tum in V. cum in N. inſtrumenti paginis ſeſe offerunt verba, quae niſi hujuſce conjugationis admittant ſignificationem, abſurdum prorſus ſenſum praeſeferant neceſse eſt: ut ecce ad Cor. XX. 11. 14. *Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Jeſu*: nim. *qui facit nos triumphare*. Mich. VII. *Deus qui tranſis*, pro *tranſire facis peccatum hereditatis tuae*. Pſ. LII. 7. *Emigrabit te* pro *emigrare te faciet* .

(1) *Hophal* ſibi praeponit ה cum Kametz-Catuph; quod Punctum excluſo ה, ſibi ſumunt איתן, & מ Participii; ſed hoc frequentius ſibi ſubdit Kibbutz; quemadmodum etiam aliquando Praeteritum; ut הֻשְׁלַךְ *projectus fuit* .

Hithpahel .

Hithpahel *ex* Pihel *oritur* , *ſolummodo mutat*
Chirek in Pathach , *& Themati* הת *praefigere curat* .

Hith-

Hitbpabel derivatur a *Pibel* : mutat tantum ejus [.] in (-) , & praefigit Formativam הִת , cujus ה excluditur a מ Participii , & a יתאן Futuri ; ut מִתְפַּקֵּד, pro מִהִתְפַּקֵּד &c.

ADMONITIO.

I. Cum prior Radicis littera eſt quaepiam ex hiſce litteris ſibilantibus ז , ס , צ , שׁ , tunc littera ת Characteriſticae הת per Metatheſin poſtponitur litterae ſibilanti , ut הִשְׁתַּמֵּר *ſervavit ſe* , pro הִתְשַׁמֵּר .

II. Idipſum ת poſt ז mutatur in ד , & poſt צ mutatur in ט ; ut הִזְדַּמֵּן *comparavit ſe*, pro הִתְזַמֵּן , a זְמַן ; & הִצְטַדֵּק *juſtificavit ſe* , pro הִתְצַדֵּק , a צָדֵק : haec autem Metatheſis rara eſt in Scripturis.

III. Hoc ipſum ת nonnunquam exſcinditur , compenſaturque per Dagheſc ; ut הִנַּבֵּא , pro הִתְנַבֵּא *propbetavit* .

Unum & alterum opportune heic cadit ſubjicere. 1. Quod quamvis reciprocam (quod ſupra innuimus) Hithpahel habeat ſignificationem : ſunt tamen verba quaedam quae vel activam , vel neutram , vel ali-

aliquando etiam paſſivam adfectant: exempla, ne longum ſit, Hebraica legentibus paſſim ſe ſe dabunt. 2. Quod ſimulatam in ſe comprehendant notionem: id vero ſe ſe prodit in Parabol. cap. XIII. 7. *Eſt* מִתְעַשֵּׁר *ditans ſe*, h. e. *divitem ſe ſimulans* . . & , מִתְרוֹשֵׁשׁ. *depauperans ſe*, h. e. *pauperem ſe fingens*.

Admonitio pro Gutturalibus.

Litterae Gutturales, quae in Verbis occurrunt, eamdem regulam ſervant, eodemque pacto ſe litteraſque praecedentes *punctant*; ac in Appendice *De uſu Sceva compoſiti* traditum eſt pag. 29. Daghesc praeterea ob Gutturales ejectum per Punctum longum analogum compenſatur, ut in pag. 50.

Mutatio Punctorum in Verbis ob accentum pauſantem.

(1) *Productum in Punctum, unde ſibi defluxit origo,*
It Sceva ob accentum in Verbis, (2) *ſi duxerit ortum.*

Pun-

Puncto a correpto, in torpens affine migrabit

E X E M P L A.

(1) Sceva Verborum ob accentum pauſantem fit Punctum longum, a quo ortum duxit, accentu retracto; ut יִמְסֹ֫רוּ *tradent*, pro יִמְסְרוּ, a Futuro Singulari יִמְסוֹר.

(2) At ſi Sceva ortum habuit a Puncto brevi, mutatur in longum ſimile; ut מָסָ֫רוּ *tradiderunt*, pro מָסְרוּ, a Sing. מָסַר. De mutatione Punctorum (-) & (ֶ) in Verbis ob accentum diximus pag. 72. n. 1. & 4.

§. II.

De Verbis Imperfectis.

(1) *Claſſe* Quieſcentum, Defectivûmque *tenetur*
Natio Verborum, quae dicitur Imperfecta:
(2) *Compenſat Dagheſc, harum quod deficit uni:*

(3) *Altera vocali longa ſua damna reſarcit.*

(1) Verborum *Imperfectorum* alia *Defectiva* dicuntur, alia *Quieſcentia*.

(2) *Defectivis*, dum conjugantur, littera aliqua Radicalis deficit, quae compenſatur per Dagheſc Forte.

(3) *Quieſcentibus* vero littera aliqua Radicalis quieſcit, aut pellitur, quam Punctum longum rependit.

Claſſes *Defectivorum*, & *Quieſcentium*.

(1) Defectiva Pe-Nun (2) *atque* Ain *eſt natio prima*.

(3) Pe-Jod: (4) Ain-Vau: (5) Lamed-Aleph: (6) Lamed-He *altera turba eſt*.

E X E M P L A.

(1) נִגַּשׁ *acceſſit*: (2) סָבַב *circuivit*: haec Verba ad Claſſem *Defectivorum* pertinent: quae ſequuntur ad Claſſem *Quieſcentium*.

(3) יָשַׁב *ſedit*: (4) קוּם *ſurgere*: (5) מָצָא

מָצָא *invenit*: (6) גָּלָה *migravit*.

Cur haec Verba nominentur *Defectiva Pe-Nun* &c.

A פָּעַל *priſco Paradigmate prima vocatur*
Littera Radicis cujuſque Pe: *dicitur* Ain
Altera Grammaticis cerebroſis: *tertia* Lamed.

Grammatici a Paradigmate פעל appellant *Pe* primam cujuſcumque Radicis litteram: Secundam appellant *Ain*: Tertiam appellant *Lamed*.

Sic נָגַשׁ dicitur Verbum *Defectivum Pe-Nun*, h. e. *Prima-Nun*; prima enim hujuſmodi Radicis ſive Thematis littera eſt *Nun*. Sic etiam verbum קוּם dicitur *Quieſcens Ain-Vau*, h. e. *Secunda-Vau*; nam ſecunda hujus Thematis littera eſt *Vau*; ſic denique גָּלָה dicitur *Quieſcens Lamed-He*: h. e. *Tertia-He*, quia tertia hujus Radicis littera eſt *He*.

ADMONITIO.

Verba, quae appellantur a nonnullis *Quieſcentia Pe-Aleph*, pauca omnino ſunt, (quae omnia infra ſubjecimus:) ac in Futuro *Kal* tantum Anomala. Nam ejus Formativae accipiunt [ֹ]; & in prima perſona excidit Radicalis א, in reliquis vero quieſcit in (ֹ); ut ex. gr. in Verbo אָבַד *periit* Futurum ſic inflectitur. 1. perſ. אֹבַד, pro אֹאבַד, *peribo*; 2. Maſc. תֹּאבַד *peribis*; 2. Fem. תֹּאבְדִי &c.

Horum porro Verborum Futura ſaepe accipiunt in fine (ֵ) pro (ַ): quaedam vero in *Hiphil* vel dimittunt א; ut יָהֵל, pro יַאֲהֵל, *figet tentoria*; vel conjugantur uti in *Kal*; ut אֹסִיף, pro אֶאֱסִיף, *colligam*.

Verba *Quieſcentia Pe-Aleph*.

Sunt אָבַד *periit*; אָפָה *coxit*; אָכַל *comedit*; אָבָה *voluit*; אָמַר *dixit*; quorum anomaliam nonnunquam imitantur haec tria: אָהַב *dilexit*; אָחַז *tenuit*; אָסַף *collegit*.

Re-

Regula, qua *Defectiva Pe-Nun* conjugantur.

[1] *Verba* Pe-Nun *paſſim pellunt* Nun *rite ſcevandum:* (2) *hinc Littera pone ſequens Daghes arripit augmen adepta.*
[3] Kal ת... *Infinito;* [4] *&* *Kibbutz accipit* Hophal.

(1) In *Defectivis Pe-Nun* abjicitur נ, ubi ſecundum perfectam inflexionem ſibi ſubſcriberet (:); ut in Imperativo Formae *Kal* גַּשׁ *accede*, pro נְגַשׁ.

(2) Hic defectus, cum Verbum augetur in principio vocis, compenſatur per Dagheſc Forte in littera ſequenti; ſic Futurum *Kal* אֶגַּשׁ *accedam* pro אֶנְגַּשׁ. Atque hic adverte, hanc terminationem (·) in Imperativo, & in Futuro *Kal* hujuſce Claſſis manere; aut mutari, dum ea inflectuntur, ut (i) in Imperativo, & in Futuro *Kal* Verbi perfecti; ut in Paradig. pag. 81.

In *Niphal* נִגַּשׁ *admotus ſum*, pro נִנְגַּשׁ &c. Hic vero notandum, Dagheſc Gut-

turali exploſum ſaepe non compenſari ; ut נִחַם , pro נִחַם , *conſolatus eſt.*

(3) Forma Infiniti in *Kal* eſt ֶת , ut גֶּשֶׁת *accedere* . Sed ob Gutturalem eſt ַת ; ut פַּחַת *perſlare* , a נָפַח .

Heic vero ab re non erit regulam, quam tradit Kimchius, habere prae oculis: ſic illa ſe habet . *Infinitivi cum defectu Nun , & ſuperaddito* ת *nullus uſus eſto , niſi quem uſus Biblicus approbat* in Mich. fol. 99. Quae quidem recte ſibi conſtat: quippe a נָפַל non rite producitur פֶּלֶת *cadere* : neque נָדַר *vovit* דֶּרֶת *vovere*.

(4) Hophal ſumit (ֻ) ſub Formativis , pro *o* brevi ſive Kametz-Catuph ; ut in Paradigm. Praeter haec hujuſmodi Verba omnino conveniunt cum Perfectis ; ſicuti & Praeteritum , & Benoni , & Pahul in *Kal* . Qua de re aliquot tantum voces uniuſcujuſque Formae in Paradigmate exhibemus , omittimuſque ceteras , Paradigmate Perfectorum ſupplendas .

Kal

Hophal	Hiphil	Niphal	Kal
Praeter.	*Praeter.*	*Praeter.*	
הֻגַּשׁ	הִגִּישׁ	נִגַּשׁ	
הֻגְּשָׁה	הִגִּישָׁה	נִגְּשָׁה	
&c. הֻגַּשְׁתָּ	&c. הִגַּשְׁתָּ	&c. נִגַּשְׁתָּ	
Partic.	*Partic.*	*Partic.*	
מֻגָּשׁ	מַגִּישׁ	נִגָּשׁ	
&c. מֻגֶּשֶׁת	&c. מַגִּישָׁה	&c. נִגֶּשֶׁת	
Futur.	*Futur.*	*Futur.*	*Futur.*
&c. יֻגַּשׁ	&c. יַגִּישׁ	&c. יִנָּגֵשׁ	יִגַּשׁ
			תִּגַּשׁ
			&c. תִּגְּשִׁי
Imperativo caret.	*Imper.*	*Imper.*	*Imper.*
	&c. הַגֵּשׁ	&c. הִנָּגֵשׁ	גַּשׁ
			&c. גְּשִׁי
Infinit.	*Infinit.*	*Infinit.*	*Infinit.*
הֻגַּשׁ	הַגִּישׁ	הִנָּגֵשׁ	גֶּשֶׁת

ADNOTATIONES.

I. (1) לָקַח *cepit* ; יָנַח *liquit* ; יָקַף *obivit* : (2) *Et Verba*, *a* יָצ *quae incipiunt*, *hac Claſſe recenſe*

Pe-Nun ; II. *quae haud raro Forma ut perfecta movetur* .

(1) Verba לָקַח ; & inuſitata in *Kal* יָנַח & יָקַף ſequuntur Formam Defectivorum *Pe-Nun* ; ita Imperat. קַח *accipe*, pro לְקַח ; Futur. אֶקַּח *accipiam*, pro אֶלְקַח &c.

Sic הֵנִיחַ Hiph. *reliquit* . Item הִקִּיף Hiph. *cinxit* .

(2) Hanc Formam etiam ſequuntur Verba quae incipiunt a Syllaba יָצ ; (praeter Verbum יָצָא *exivit*, quod pertinet ad Claſſem *Pe-Jod*) ſic אֶצּוֹק Futur. *effundam*, a יָצַק ; תִּצַּת *flagrabit* Fem. a יָצַת &c.

II. Aliquando hujus claſſis Verba (ut cetera Verba Imperfecta) Formam Perfectorum ſequuntur ; ut תִּנְדּוֹף *impelles* , a נָדַף : נְצוֹר Imper. *cuſtodi* , a נָצַר : נְדוֹר Infin. *vovere*, a נָדַר &c. ſic אֶפּוֹל Futur.

tur. *cadam* cum terminatione (ו), a נָפַל &c.

Regula, qua *Defectiva* ſive *Geminantia* *Ain* conjugantur.

(1) *In* Defectivis Ain; *Radicis abibit*
Littera poſt primam; Dagheſc bina tertia poſcit,
Augmen ſi accedat. (2) *Cholem pro Sceva pererrat*
Praeterita, (3) *&* Pihel, *hac ortaque germina ſtirpe*.

(1) Verba Defectiva *Ain*, quae dicuntur etiam *Geminantia Ain*, abjiciunt ſecundam Radicalem; quae compenſatur per Dagheſc in tertia, ubi augmentum in fine vocis acceſſerit. Sic a סָבַב *circuivit*, abjecta ſecunda Radicali, exſiſtit tertia perſona Sing. maſ. סַב: hinc 3. perſona fem. fit סַבָּה; 3. plur. סַבּוּ &c. etenim in fine creſcunt. Haec tamen contractio nec ſemper nec ubique locum habet: ſunt enim ſat multa quae perfectorum ritu inflectuntur. Id monuiſſe proderit.

(2)

(2) In ſecundis, & primis perſonis Praeteritorum aſſumunt (i), ubi analogως acciperent (:); qua de re infleſtuntur per תָּ, תְּ, תֶּם, תֶּן, נוּ, תִּי; ut in 2. perſona Sing. Praeteriti *Kal* סַבּוֹתָ, pro סַבַּבְתָּ &c.

Sed *Niphal*, & *Hiphil* in iiſdem perſonis vertunt in (:) Punctum longum ſub Formativis; ut in *Niphal* 3. perſona maſc. eſt נָסַב; Fem. נָסַבָּה; at 2. Perſ. נְסַבּוֹתָ; Fem. נְסַבּוֹת &c. in *Hiphil* 3. Perſona maſ. eſt הֵסֵב; Fem. הֵסֵבָּה; at 2. Perſona הֲסִבּוֹתָ, Fem. הֲסִבּוֹת &c.

(3) Denique *Pihel*, *Puhal*, & *Hithpahel*, vel perfecte inflectuntur; ut רִנֵּן, a רָנַן *exſultavit*; vel abjecto Dagheſc, Punctum praecedens mutant in (i), ne tres litterae æqualis ſoni ſimul concurrant, quod per omnes Modos, ac Tempora, voceſque ſervant: nec aliud eſt, quo diſcrepant a Perfectis; ut *Pihel* סוֹבֵב, pro סִבֵּב. *Puhal* סוֹבַב, pro סֻבַּב. *Hithpahel* הִסְתּוֹבֵב, pro הִסְתַּבֵּב.

Qua de re Paradigmata perfecta פִּקֵּד, פֻּקַּד, הִתְפַּקֵּד, ſi ab iis dematur Dagheſc, Punctumque praecedens, ac pro his Punctis uſurpetur (i), ſerveturque per totam

tam Conjugationem , exhibebunt Paradigmata earumdem Formarum hujuſce Claſſis , ex. gr. פָּקַד פָּקְדָה &c. fiet פּוֹקֵד , פּוֹקְדָה &c. Infinit. פְּקֹד fiet פּוֹקֵד; Participium מְפַקֵּד fiet מְפוֹקֵד &c.

AD

Hopbal	Hiphil	Niphal	Kal	
הוּסַב	הֵסֵב	נָסַב	סַב	Praeteritum.
הוּסַבָּה	הֵסֵבָּה	נָסַבָּה	סַבָּה	
&c. הוּסַבּוֹתָ	&c. הֲסִבּוֹתָ	&c. נְסַבּוֹתָ	&c. סַבּוֹתָ	
הוּסַבּוּ	הֵסֵבּוּ	נָסַבּוּ	סַבּוּ	
&c. הוּסַבּוֹתֶם	&c. הֲסִבּוֹתֶם	&c. נְסַבּוֹתֶם	&c. סַבּוֹתֶם	
ווּסַב	יָסֵב	יִסַּב	יָסוֹב	Futurum.
תּוּסַב	תָּסֵב	תִּסַּב	תָּסוֹב	
תּוּסַבִּי	תָּסֵבִּי	תִּסַּבִּי	תָּסוֹבִּי	
אוּסַב	אָסֵב	אֶסַּב	אָסוֹב	
ווּסַבּוּ	יָסֵבּוּ	יִסַּבּוּ	יָסוֹבּוּ	
תּוּסַבֶּינָה	תְּסִבֶּינָה	תִּסַּבֶּינָה	תְּסֻבֶּינָה	
תּוּסַבּוּ	תָּסֵבּוּ	תִּסַּבּוּ	תָּסֹבּוּ	
נוּסַב	נָסֵב	נִסַּב	נָסוֹב	
Imperativo caret.	הָסֵב	הִסַּב	סוֹב	Imperati.
	הָסֵבִּי	הִסַּבִּי	סוֹבִּי	
	הָסֵבּוּ	הִסַּבּוּ	סוֹבּוּ	
	הֲסִבֶּינָה	הִסַּבֶּינָה	סֻבֶּינָה	
הוּסֵב	הָסֵב	הִסּוֹב	סוֹב	Infin.
מוּסָב	מֵסֵב	Partic. נָסָב	&c. סוֹבֵב	Benoni
&c. מוּסַבָּה	&c. מְסִבָּה	&c. נְסַבָּה	&c. סָבוּב	Pahul
			Analoga	

AD-

ADNOTATIONES.

I. Pro Kal.

(1) *In* Kal *Praeteritum & Cholem accipit; (2) atque Futurum*
Sub Formativis breve ſuevit ſubdere Punctum
Cum Daghes; (3) & Schurek, aut Kibbutz in fine recepit.

(1) Praeteritum in *Kal* Defectivorum *Ain* aliquando accipit Cholem; ut וְרֹבּוּ *& jaculati ſunt*. Aliquando vero analogiam ſervat, ut וְסָבְבוּ *& circuibunt*.

(2) Futurum ſaepe ſub Formativis pro Kametz adhibet Punctum breve cum Dagheſc; ut אֶקּוֹב *maledicam*, pro אָקֹב; [quod & alibi uſuvenit, ut in Hiphil &c.]

(3) Tum deſinere ſolet in Kibbutz; ut וְחֻרָץ *& confringatur*; aut in Schurek; ut יְשׁוּר *vaſtabit*.

Infinitus ipſe nonnumquam terminatur in Schurek; ut חוּל *tripudiare*; aliquando in וֹת; ut שַׁמּוֹת *deſolare*; & in

Pa-

Pathach ; ut רַד *ſternere*: quemadmodum etiam Imperativus ; ut גֹּל *devolve*. Nec vero quandoque perfectorum formam aſpernatur: id videas in לְסֹבֵב *ad circumeundum*.

II. Pro Niphal.

(1) *In* Niphal *&* *Chirek fert Formativa:* (2) *Cholemque*,
Et Tzere Infinitum, ac cetera Tempora claudit.

(1) *Niphal* in Praeterito aliquando ſubdit Formativae Chirek, pro (ִ); ut נִחַר *exſiccatur*.

(2) Clauditque Puncto Tzere, aut Cholem, tum Praeteritum ipſum; ut נָמֵס *liquefit*; וְנָגֹלּוּ *& convolventur*: tum Participium; ut נָמֵס *liqueſcens*; tum Infinitum; ut הִמֵּס *liqueſcere*; tum Futurum; ut יֵחֵל *polluetur*; יִתַּם *conſummabitur*.

Nonnunquam in Praeterito *Niphal*, Pathach & Daghesc in media voce concreſcunt in (:); ut נָסַבָּה, pro נָסַבָּה *circumdabatur*.

Et

Et aliquando in Futuro Dagheſc, & Punctum breve ſub Formativis coaleſcunt in Punctum longum; ut אֵיתָם, pro אֶיְתָם *integer ero*. Illud autem Jod redundat.

III. Pro Hiphil & Hophal.

(1) *Puncto Pathach* Hiphil *etiam finitur*; (2) *&* *Hophal*,
Pro Schurek, *Kibbutz cum Dagheſc figit in orſu.*

(1) Hiphil nonnunquam pro (‥) admittit (·) in clauſulis Praeteriti, Futuri, & Infiniti; ut הֵמַר *exacerbavit*. &c.

Longa quoque vocalis ſub futuri characteriſticis in brevem analogam non raro concedit dagheſc ſequente vel ſecus. Nec non futurum ipſum praeter normam in י deſciſcit. Exempla in תֵּתֵם *integras facies*, יָחֵל *profanabit*, & יַשִּׁים *deſolabit*, ſe produnt.

(2) Hophal vero aliquando pro Scurek initio accipit Kibbutz cum Dagheſc; ut יֻכַּת *contundetur*; idque per totam Conjugationem. Nam ſaepe, quod

quod antea notatum eſt , Punctum (ֶ) pro (ׂ) adhibetur .

Regula , qua *Quieſcentia Pe-Jod* inflectuntur .

(1) *Ipſa* Pe-Jod ֶת *Infinito Forma miniſtrat*
In Kal ; (2) *atque petit Jod abjeciſſe ſcevandum* ,
Cui Tzere , *Cholem* , *cum Schurek ſubrogat* : (3) *in Vau*
Niphal *Jod transfert* . *Quid cetera? Rite moventur*.

(1) Quieſcentia *Pe-Jod* conveniunt cum Defectivis *Pe-Nun* ; nam & ipſa formant Infinitum ֶת in Kal , ut in Paradigmate .

Inficiandum tamen non eſt illum quandoque cadere in Pathach , quod communicatur litterae praecedenti , ut דַּעַת *ſcire* , quandoque vero perfectorum more ſe gerere יְשׁוֹב *manere*, לִיסוֹד *ad fundandum* : bina porro mixtum genus eſſe, יְכֹלֶת *poſſe* , יְבֹשֶׁת *exſiccari* : ni nomina verbalia eſſe malis .

(2)

(2) Ipſa quoque, ut illa נ, abjiciunt (י) ubi inſtruendum eſſet Puncto Sceva, quod illic per Dagheſc, heic vero compenſatur per (ֵ) in *Kal*; per (ו) in *Niphal*, & *Hiphil*; per (ֻ) in *Hophal*. Sic in *Kal* Futur. אֵשֵׁב *ſedebo*, pro אֶיְשַׁב. In *Niphal* נוֹשַׁב *conſtitutus eſt*, pro נִיְשַׁב. In *Hiphil* הוֹשִׁיב *collocavit*, pro הֶיְשִׁיב. In *Hophal* הוּשַׁב *habitator factus eſt*, pro הָיְשַׁב; quae Puncta ſuam quodque per Conjugationem immutata ſervantur, praeter quam in *Niphal*.

(3) Nam *Niphal* mutat (י) in (ו) in Infinito, Imperativo, & Futuro; ut הִוָּשֵׁב *collocari*, pro הִיָּשֵׁב &c.

Cetera non differunt a Verbis Perfectis. Atque in *Kal* Praeteritum, & Participia ſunt plane analoga: ſic etiam analoga ſunt Conjugationes *Pihel*, *Puhal*, & *Hithpahel*.

Hopbal	*Hiphil*	*Nipbal*	*Kal*	
הוּשַׁב	הוֹשִׁיב	נוֹשַׁב		Praeteritum
הוּשְׁבָה	הוֹשִׁיבָה	נוֹשְׁבָה		
&c. הוּשַׁבְתָּ	&c. הוֹשַׁבְתָּ	&c. נוֹשַׁבְתָּ		
הוּשְׁבוּ	הוֹשִׁיבוּ	נוֹשְׁבוּ		
&c. הוּשַׁבְתֶּם	&c. הוֹשַׁבְתֶּם	&c. נוֹשַׁבְתֶּם		
יוּשַׁב	יוֹשִׁיב	יִוָּשֵׁב	יֵשֵׁב	Futurum.
תוּשַׁב	תוֹשִׁיב	תִּוָּשֵׁב	תֵּשֵׁב	
תוּשְׁבִי	תוֹשִׁיבִי	תִּוָּשְׁבִי	תֵּשְׁבִי	
אוּשַׁב	אוֹשִׁיב	אִוָּשֵׁב	אֵשֵׁב	
יוּשְׁבוּ	יוֹשִׁיבוּ	יִוָּשְׁבוּ	יֵשְׁבוּ	
תוּשַׁבְנָה	תוֹשֵׁבְנָה	תִּוָּשַׁבְנָה	תֵּשַׁבְנָה	
תוּשְׁבוּ	תוֹשִׁיבוּ	תִּוָּשְׁבוּ	תֵּשְׁבוּ	
נוּשַׁב	נוֹשִׁיב	נִוָּשֵׁב	נֵשֵׁב	
Imperativo. Caret	הוֹשֵׁב	הִוָּשֵׁב	שֵׁב	Imperat.
	הוֹשִׁיבִי	הִוָּשְׁבִי	שְׁבִי	
	הוֹשִׁיבוּ	הִוָּשְׁבוּ	שְׁבוּ	
	הוֹשֵׁבְנָה	הִוָּשַׁבְנָה	שֵׁבְנָה	
הוּשַׁב	הוֹשִׁיב vel הוֹשֵׁב	הִוָּשֵׁב	שֶׁבֶת	Infinit.
מוּשָׁב	מוֹשִׁיב	נוֹשָׁב		Part.
&c. מוּשָׁבָה	&c. מוֹשִׁיבָה	&c. נוֹשָׁבָה		

AD.

ADNOTATIONES.

I. (1) Kal *quondam expellit non Jod.,*
ſed Sceva, Futuro;
Quod claudit Pathach: (2) *&* יָכוֹל
flectit, ut Hophal.

(1) Futurum *Kal* aliquando non pellit Jod ſcevandum; ſed tantum ipſius Punctum (:); ut יִירְאוּ *timebunt*; ſimulque deſinere ſolet in (-) ut אִיבַשׁ *areſcam*, תִּיבַשׁ *areſces*: ubi vides, cum in hujuſmodi verbis radicale Jod praefigitur, reliquas ipſius futuri formativas praeferre Chirek, ipſum vero futurum exire in Pathach: Quod pathach in nonnullis perſtat ipſo quoque amoto Jod radicali, ut יֵדַע *ſciet*. Hoc Jod radicali, & Formativo (ut nonnunquam fit) in unum Jod coagmentatis, fit יִבַשׁ pro יִיבַשׁ; quemadmodum in *Pihel* יְבַּשׁ *ſiccabit*, pro יְיַבֵּשׁ, a יָבֵשׁ *aruit*.

(2) Forma Futuri *Kal* Verbi יָכוֹל *potuit* congruit cum Futuro *Hophal* יוּכַל, אוּכַל, תוּכַל &c. Accedit quandoque Cholem יֵאוֹתוּ *conquieverunt*, & Pathach in

penultima, ut תֵּלַכְנָה *ibitis*. Duo tamen ſunt quae in feminino habent (ו) notam generis maſc. in quo myſterium deliteſcere comminiſcuntur Rabb., ſi vacat, adeas in Geneſ. xxx. 38. & Reg. I. vi. 12.

II. (1) Hiphil *Jod ſervat nonnunquam in Tzere quieſcens;*
(2) *Illud vero in Vau, ſicut* Niphal, Hithpahel *urget* ..

(1) Quaedam Verba in *Hiphil* ſervant (י) quieſcens in (ֵ); ut הֵיטִיב *benefecit*; הֵימִין *ad dexteram perrexit*; הֵינִיק *lactavit*; הֵילִיל *ululavit*, a יָטַב *bene fuit* &c.

Aliquando in Futuro *Hiphil* ſervatur ה Formativa Conjugationis; ut יְהוֹשִׁיעַ *ſervabit.*, pro יוֹשִׁיעַ.

(2) *Hithpahel* perinde ac *Niphal* mutat Jod in Vau, in tribus dumtaxat, quae modo ſubjicimus verbis הִתְוַסֵּר *erudiri* הִתְוַדַּע *innotuit*; הִתְוַכַּח *diſceptavit*, pro הִתְיַסֵּר &c.

De Quiſcentibus *Ain-Vau* .

Verba, Ain-Vau *quae de more* quieſcere *dicunt* ,
Cum Defectivis Ain *ſe foedere jungunt*.

Haec Claſſis (cujus Infinitus eſt Radix ; nam tres Radicis litteras exhibet) non in paucis congruit cum Claſſe Defectivorum *Ain* ; nam *Niphal* , & *Hiphil* inflectuntur aeque atque illa in ſecundis , & primis perſonis per וֹתָ , וֹת , וֹתִי &c. Punctumque longum ſub augmento antecedente etiam mutant in Sceva ; ut נְקוּמוֹתָ : הֲקִימוֹת &c.

Hic praeterea notandum eſt , in *Niphal* alterum (ו) praecedens mutari in (וּ) : Inſuper ſemel *Nun* hujus conjugationis reperiri cum (ֵ) ut Zach. II. 13. נֵעוֹר *ſuſcitatus eſt* . Quod item punctum Inf. formativae ſibi aſſumunt, ubi prior littera ſit gutturalis ;: probat id הֵאוֹר *illuſtrari* : Ad haec *Hiphil* conjugari etiam ſine (וֹ) hac ratione , הֵקִים , הֵקִימָה , הֵקַמְתָּ &c.

Pibel quoque , *Pubal* , & *Hitbpabel* in prima radicali habent (ֹ) immutabile , & geminant tertiam Radicalem . Sic *Pibel in* Praeterito קוֹמֵם , קוֹמְמָה , קוֹמַמְתָּ &c. in Futur. יְקוֹמֵם , תְּקוֹמֵם &c. *Pubal* קוֹמַם &c. *Hitbpabel* הִתְקוֹמֵם &c. non ſecus ac de iiſdem Formis in Defectivis *Ain* dictum eſt .

Quod ad *Pibel* & *Pubal* attinet id ſedulo animadvertas : quod utriuſque conjugationis voces ſecum ipſae conveniant : ſi primam excipias , quae praecipua diſcriminis nota eſt . *Pibel* enim in extremo habet (..) *Pubal* vero (-) quod ex allato exemplo ſatis liquet . Sententiae igitur caute attendendum .

Aliquando tamen horum Verborum *Pibel* more perfectorum inflectitur ; ut קִיֵּם , pro קוֹמֵם , *erexit* ; שִׁוֵּעַ *vociferatus eſt.* Hoc tamen poſtremum ad illud referas verborum genus , in quibus ו & י perſtat immobile : cujuſmodi ſunt quae in ה finiuntur ut קִוָּה *expectavit*, הָיָה *fuit* &c. quibus nonnulla alia , ut שָׁוַע unde שִׁוֵּעַ in Pihel , adnumerantur . &c.

AD-

Hophal	*Hiphil*	*Niphal*	*Kal*	
הוּקַם	הֵקִים	נָקוֹם	קָם	Praeteritum.
הוּקְמָה	הֵקִימָה	נָקוֹמָה	קָמָה	
הוּקַמְתָּ	הֲקִימוֹתָ	נְקוּמוֹתָ	קַמְתָּ	
הוּקַמְתְּ	הֲקִימוֹת	נְקוּמוֹת	קַמְתְּ	
הוּקַמְתִּי	הֲקִימוֹתִי	נְקוּמוֹתִי	קַמְתִּי	
הוּקְמוּ	הֵקִימוּ	נָקוֹמוּ	קָמוּ	
הוּקַמְתֶּם	הֲקִימוֹתֶם	נְקוּמוֹתֶם	קַמְתֶּם	
הוּקַמְתֶּן	הֲקִימוֹתֶן	נְקוּמוֹתֶן	קַמְתֶּן	
הוּקַמְנוּ	הֲקִימוֹנוּ	נְקוּמוֹנוּ	קַמְנוּ	
יוּקַם	יָקִים	יִקּוֹם	יָקוּם	Futurum.
תּוּקַם	תָּקִים	תִּקּוֹם	תָּקוּם	
תּוּקְמִי	תָּקִימִי	תִּקּוֹמִי	תָּקוּמִי	
אוּקַם	אָקִים	אֶקּוֹם	אָקוּם	
יוּקְמוּ	יָקִימוּ	יִקּוֹמוּ	יָקוּמוּ	
&c. תּוּקַמְנָה	&c. תָּקֵמְנָה	&c. תִּקּוֹמְנָה	&c. תְּקוּמֶנָה	
Caret Imperativo.	הָקֵם	הִקּוֹם	קוּם	Imperat.
	הָקִימִי	הִקּוֹמִי	קוּמִי	
	הָקִימוּ	הִקּוֹמוּ	קוּמוּ	
	הָקֵמְנָה	הִקּוֹמְנָה	קוּמְנָה	
הוּקַם	הָקִים vel הָקֵם	הִקּוֹם	קוּם vel קֹם	Infin.
מוּקָם	מֵקִים	נָקוֹם	קָם	Beno.
&c. מוּקָמָה	&c. מְקִימָה	&c. נְקוֹמָה	&c. קָמָה	
			קוּם	Pahul
			&c. קוּמָה	

ADNOTATIONES.

I. (1) *Praeteriti perſona in* Kal *ſibi tertia quaeque*
Pro Kametz adſciſcit Tzere aliquando; (2) *ſed olim*
Aſſumit Cholem, ut Radix, nec deſerit unquam.

(1) Prima Radicalis Praeteriti *Kal* habet fere ſemper (ּ) in tertiis perſonis, ut in Paradigmate; tamen habet nonnumquam (ֵ), nec ideo mutat (ֵ) in reliquis perſonis; ſic a מוּת *mori* Praeteritum *Kal* eſt מֵת; quod infleƈtitur.

3. מֵת, מֵתָה 2. מַתָּ, מַתְּ 1. מַתִּי
3. plur. מֵתוּ 2. מַתֶּם, מַתֶּן 1. מַתְנוּ

Praeterita duo deſinere in (ֵ) inveniuntur, בֵּז *ſprevit*, & טֵח *obduxit*.

(2) Aliquando Praeteritum *Kal* habet (ֹ), ut Radix ipſa; ut אוֹר *ſplenduit*, ab אוֹר *ſplendere*; (nam hujuſmodi Verba huic Claſſi accenſentur) tumque in omnibus perſonis ſervat (ֹ) ex. gr.

3. אוֹר

אוֹרְתִּי 1. אוֹרְתְּ , אוֹרְתָּ 2. אוֹרָה , אוֹר 3.
&c. אוֹרְתֶם 2. אוֹרוּ plur. 3.

Sic etiam בּוֹשׁ *erubuit*, a בּוֹשׁ *erubeſcere*, & quaecumque habent in Praeterito (וֹ), ut Radix ipſa; nam pleraque in Radice habent (וּ), in Praeterito vero habent Kametz, ut in Paradigmate; ſic Infinit. בּוֹא *ingredi*, Praeterit. בָּא *ingreſſus eſt*.

II. (1) Kal *Cholem dat pro ſchurek aliquando Futuro;*
(2) *At Chirek longum, Cholemque hujuſce propinquis.*

(1) Nonnunquam Futurum *Kal* non deſinit in (וּ), ſed in (וֹ); ut יָמוֹת *morietur*, pro יָמוּת; id quod in pauſa praeſertim uſuvenit.

[2] Aliquando Imperativus, & Infinitus in *Kal* terminantur in (יִ), pro (וּ); ſic שִׂים, vel שִׂית *pone*; לָשִׂים, vel לָשִׂית *ponere*; רִיר *ſalivare*, & alia praeterea; quae aut ſemper habent (יִ); aut modo (יִ), modo (וּ); qua de re hujuſce Claſſis verba appellari etiam ſolent Quieſcentia *Ain-Vau*, vel *Ain-Jod*

Jod: quanquam nonnulli ad *Hiphil* referunt haec exempla, & per Syncopen dici putant לְשִׁית, pro לְהָשִׁית *ponere*; porro per Aphaereſin dici contendunt שִׁית *pone*, pro הָשִׁית; quemadmodum per Aphaereſin dicitur רִיבוֹתָ *contendiſti*, pro הֲרִיבוֹתָ; & בִּינוֹתִי *intellexi*, pro הֲבִינוֹתִי.

(3) Infinitus etiam, in *Kal* ſaepe pro (וֹ) accipit (וּ); ut קוּם *ſurgere* pro קוֹם: illa autem forma exhibetur Gerundium in *do* geminando Verbum; ut קוֹם תָּקוּם *ſurgendo ſurges*. Sic & altera Infiniti forma in Paradigm. *Hiphil* הָקֵם הֵקִימוּ *ſuſcitando ſuſcitarunt*; quod fit augendae ſignificationis gratia; quemadmodum etiam in Verbis Perfectis traditum eſt.

Antequam hinc abeamus haec ſunt carptim percurrenda. 1. *Hiphil* in praeterito exire quandoque in (..) & gutturalis interventu in (-) הֵפֵר *irritum fecit*, הֵרַע *malefecit*. 2. Tzere illud, quod ſub formativa ה cubat, converti ſaepiuſcule in (.) cum dagheſc הֵסִיתוּ *incitarunt*. 3. In ejuſdem conjugationis futuris (..) in quod illa aliquando deſiuunt accentu retro cedente, corripi in (∵) יָקֵם & *praeſtitiſti*: et in Pathach

thach ob gutturalem , וַיָּרַע & *malefecit.* (Peculiare tamen eſt יָלִן *pernoctabit*). 4. Nun Paragogico accedente, accentum ſedem mutare ſuam , hinc Kamez evadere ſceva חֲחִילִין *paries* . 5. Infinitum eſſe cum Kametz , ut a Praet. interſtinguatur . 6. Vbi ſerviles ל & כ adventarint, extrudi ה ut לָדִין *ad judicandum* בָּעִיר *in vigilando* . Quod quidem ה ubi illae quoque non adſint, aliquando diſperit, ut גִּיל *exultare* בִּין *conſiderare* . Confer quae de imperat. ſuperius dicta ſunt .

De Hophal id unum praeſtat dicere, quod Schurek in Kibbutz deſciſcat dagheſſata radicali , quod per totam conjugationem ſervatur , הֻקַּם *conſtitutus eſt*. Hithpahel ex adjecto הִתְ a Pihel differri exploratum eſt .

De Quieſcentibus *Lamed-Aleph*.

(1) *In Kames, in Tzere hac* Lamed-Aleph *Claſſe quieſcit*
Aleph, [2] *& in Segol*: [4] *inque* ואי *deſinit Infinitus.*

(1) Littera quieſcens dicitur quieſcere in

in Punctο proxime praecedente. In his autem Verbis, quum non augentur in fine, litteram א praecedit Punctum (·), ubi praecedere deberet Pathach; ut מָצָא *invenit*, יִמְצָא *inveniet*, מְצָא *inveni* Imperat. pro מְצַא &c. nam Gutturalis in Futuro, & Imperativo in *Kal* pro (ׂ) ſibi poſcit Pathach, ut in Adnotat. *Kal* pag. 88. n. 2. dictum eſt.

In Praeteritorum vero ſecundis, & primis perſonis litteram א praecedit (ֵ); quapropter inflexio harum omnium haec eſt, אֵתָ, אֵת, אֵתִי ; אֵתֶם, אֵתֶן, אֵנִי ; ut נִמְצֵאתָ *inventus es* &c.

Excipiendum tamen eſt Praeteritum *Kal*, ubi in iiſdem perſonis pro (ֵ), praecedit Kametz; ut מָצָאתָ *inveniſti* &c. Quod ſi, ut fit, deſinat in Tzere, ut מָלֵא *plenus fuit*; tunc litteram א etiam praecedit Tzere; ut מָלֵאתָ *plenus fuiſti* &c.

(2) In Futuris, & Imperativis Fem. plural. litteram א praecedit (ֶ); quare in cunctis Conjugationibus eadem eſt terminatio אֶנָה ; ut תִּמְצֶאנָה *invenietis*; & מְצֶאנָה *invenite* Fem. &c.

[3] Infinitus deſinit in וֹא, vel וֹאת in *Kal*

Kal &c. ut in Paradigmate.

Porro in reliquis omnibus, Perfectorum prorſus more hujuſce Claſſis Verba inflectuntur.

Hithpahel	*Hophal*	*Hiphil*
הִתְמַצֵּא הִתְמַצְּאָה &c. הִתְמַצֵּאתָ	הָמְצָא הָמְצְאָה &c. הָמְצֵאתָ	הִמְצִיא הִמְצִיאָה &c. הִמְצֵאתָ
יִתְמַצֵּא תִּתְמַצֵּא תִּתְמַצְּאוּ &c. אֶתְמַצֵּא	יָמְצָא תָּמְצָא תָּמְצְאוּ &c. אָמְצָא	יַמְצִיא תַּמְצִיא תַּמְצִיאוּ &c. אַמְצִיא
הִתְמַצֵּא הִתְמַצְּאוּ הִתְמַצְּאִי הִתְמַצֶּאנָה	*Imperativo caret.*	הַמְצִיא הַמְצִיאוּ הַמְצִיאִי הַמְצֶאנָה
הִתְמַצֵּא	הָמְצֵא vel הָמְצוֹאת	הַמְצִיא vel הַמְצֵא
מִתְמַצֵּא מִתְמַצְּאָה	מֻמְצָא &c. מֻמְצָאָה	מַמְצִיא מַמְצִיאָה

Pubal	*Pibel*	*Niphal*	*Kal*	
מֻצָּא מֻצְּאָה &c. מֻצֵּאתָ	מִצֵּא מִצְּאָה &c. מִצֵּאתָ	נִמְצָא נִמְצְאָה &c. נִמְצֵאתָ	מָצָא מָצְאָה &c. מָצָאתָ	Praeterit.
יְמֻצָּא תְּמֻצָּא תְּמֻצְּאִי &c. אֲמֻצָּא	יְמַצֵּא תְּמַצֵּא תְּמַצְּאִי &c. אֲמַצֵּא	יִמָּצֵא תִּמָּצֵא תִּמָּצְאִי &c. אִמָּצֵא	יִמְצָא תִּמְצָא תִּמְצְאִי אֶמְצָא	Futurum.
Imperativo caret.	מַצֵּא מַצְּאִי מַצְּאוּ מַצֶּאנָה	הִמָּצֵא הִמָּצְאִי הִמָּצְאוּ הִמָּצֶאנָה	מְצָא מִצְאִי מִצְאוּ מְצֶאנָה	Imperat.
מֻצּוֹא vel מֻצּוֹאת	מַצֵּא	הִמָּצֵא	מְצוֹא vel מְצֹא מְצוֹאת vel	Infinit.
מְמֻצָּא &c. מְמֻצָּאָה	מְמַצֵּא &c. מְמַצְּאָה	נִמְצָא &c. נִמְצָאָה	מוֹצֵא &c. מוֹצְאָה Benoni.	Pahul מָצוּא &c. מְצוּאָה

De Quieſcentibus *Lamed-He* .

(1) *Claſſis* Lamd-He *mutat He*, *vel diſcedere cogit* ,
Augmen ſi adveniat : (2) *tranſactaque Tempora claudit* .
Kametz : [3] *Participjs dat Segol atque Futuris*:
(4) וֹת *Infinito*: (5) *ſed Tzere* , *qui imperat effert*.

[1] Quum haec Verba augmentum in fine vocis apponunt , ſemper ה mutatur, aut tollitur .

Tollitur , ſi augmentum adveniat a vocali ; nimirum ſi *Jod* vel *Vau* ſubnectatur .

Verum in 3. perſona fem. ſing. Praeteritorum mutatur ה in ת ; ne adſpirationis geminatio pronunciandi difficultatem pariat , ut גָּלְתָה *illa migravit*, pro גָּלָהָה .

Quandoque & hic , & alibi mutatur ה in Jod mobile , ut חָסָיָה *confidit illa* ; חָסָיוּ *confiſi ſunt* ; וְיֶחֱסָיוּ *confident* . Quod futuris , participiis , & imperativis obvenire paſſim ſolet , ut וַיֶּאֱתָיוּן &

con-

convenerunt . אֵתָיוּ *venite* פֹּרִיָּה *fructificans*. Jod tamen illud non raro inde exceſſiſſe comperies .

Aliquando mutatur in (ו) ; ut נַאֲוָה *decuit*, pro נַאֲתָה .

Si vero augmentum accedat a conſona , tunc mutatur ה in (י) , quod in Praeterito *Kal* in ſecundis & primis perſonis quieſcit in Chirek , ut גָּלִיתָ *migraſti*; in iiſdem vero perſonis Praeteritorum aliarum Conjugationum frequentius quieſcit in (ֵ) , ut נִגְלֵיתָ *tranſportatus es*: quare in Praeterito *Kal* harum perſonarum inflexio eſt; יתָ , ית , יתִי ; יתֶם , יתֶן , ינו ; in reliquiſque Praeteritis eadem eſt ; niſi quod pro Chirek frequentius accipiunt (ֵ) cum eodem Jod quieſcente. .

In Futuris , & Imperativis femininis plur. Jod quieſcit in (ֶ) ; ut תִּגְלֶינָה *migrabitis*, vel *migrabunt* fem. גְּלֶינָה *migrate*; חְיֶינָה *vivite* fem.

Habent praeterea verba haec in ſingulis ferme temporibus cujuſque conjugationis ſuam terminationem a communi Analogia diſcrepantem .

[2] Praeterita enim omnia deſinut in

ה ; ut גָּלָה *migravit ;* גֻּלָּה *tranſportatus eſt*. &c.

[3] Futura, & Participia terminantur in ה, ut אֶגְלֶה *migrabo ;* אֶגְלֶה *traſportabor* &c. גּוֹלֶה *migrans* &c. Adſciſcere quoque Tzere exempla non pauca praeferunt. Inſtar omnium ſint בּנֵה *aedificans*, & תַּעֲשֵׂה *feceris*. Hoc ex imper. in futurum derivatum prodidere nonnulli : ſed verius Chaldaicum dixeris. Ni mavis ad formam quieſcentium לא referre.

Excipe *Pabul* in *Kal*, quod mutat ה in (י) ; ut גָּלוּי *tranſportatus*. Duo tamen ſunt ſine Jod הָעָשׂוּי *qui factus eſt*, &, וְצָפוּי *& exploratus*: utrumqne rari admodum exempli.

[4] Infinitus ſumit וֹת ; ut גְלוֹת *migrare*: aliquando etiam, cum pro Gerundio adhibetur, deſinit in וֹה ; ut רָאוֹה רָאִיתִי *videndo vidi*; & nonnunquam excidit ה; ut הָרוֹ עָמָל *concipiendo laborem :* aut deſinit in ה ; ut הַכֵּה הַכֶּה *percutiendo percuties* ; aut in ה ; ut הַרְבָּה אַרְבֶּה *multiplicando multiplicabo*.

(5) Imperativus denique ſingularum Formarum hujus Claſſis deſinit in (..) ; ut גְּלֵה ; גַּלֵּה &c. Cui peculiaris aliquando ac-

accidit apocope, quae ab ipſo futuro huc traſmittitur, ea vero, pag. 139. ſeſe prodet.

Praeteritum in Pihel in ſecundis & primis perſonis ſignatur aliquando Chirek. צִוִּיתִיךָ *praecepi tibi*, קִוִּיתִי *exſpectavi* &c. Excidente Dagheſc ex gutturali, vel ר; illius damna rependit (ֵ) ut עֵרָה *nudavit*. In Imp. quandoque adſcribitur (ַ) praeter normam רַבֵּה *multiplica*. Hic quoque, profligato Dagheſc, longa ſuccubat, ut עָרוּ *nudate*. Vnum heic eſt in quo (ו) interſeritur, quod eſt loco pulſi ה, תַּלְוּ *tollite*.

Ad Puhal quod attinet, animadvertas, extrito Dagheſc, Kibbutz converti in Cholem, הֹרָה *conceptus eſt*, & quandoque deſciſcere in Kametz-catuph, כָּלּוּ *deſierunt*.

Praet. Hiphil, in ה formativa conjugat. quandoque ſubſignatur (ֲ), licet non aſſequatur gutturalis, quae tamen ſi intercurrerit ה illud (ֵ) admittit: ſed hoc nonnunquam eſt loco pathach. Exempla הֶרְאָה *oſtendit*, & הֶעֱלָה *aſcendere fecit*, ſatis, quae diximus, probant.

In 3. perſ. fem. ה contrahitur in ת. הִרְצָת *acquieſcet* pro הִרְצָתָה. Id in Hophal quoque uſuvenire, volo praemonitum. Heic

quoque Chirek pro Tzere adhibitum in primis & ſecundis perſ. perinde ac in aliis conjugat. factitatum novimus : exemplo eſt praeter cetera , הִגְלִיתָ *deportaſti* . Quod Chirek aliquando ejectum dat הִגְלִתִי pro הִגְלֵיתִי *deportavi* . In infin. הַרְבָּה *multiplicando* הַקְצוֹת *detrabere* ſunt praeter normam . Alterum enim Kametz, alterum Chirek a praeterito ſibi decerpit.

De Hophal monere id libet: quod praeteritum aliquando habeat Cholem הֹעֲלָה *ablatus eſt* הֹעֲלָתָה *deducta eſt* Nah. II. 7. Participium vero pro Kametz-chatuph ſibi ſubjiciat Kibutz הֻמְגְלִים *deportati* .

In Hitp. verbum שָׁחָה geminat poſtremam radicalem ה : prior tamen transmigrat in ו conſon. commodioris pronunciationis gratia : id liquet in הִשְׁתַּחֲוָה *incurvavit ſe* .

Hithpahel	*Hophal*	*Hiphil*
הִתְגַּלָּה הִתְגַּלְּתָה &c. הִתְגַּלֵּיתָ	הָגְלָה הָגְלְתָה &c. הָגְלֵיתָ	הִגְלָה הִגְלְתָה &c. הִגְלֵיתָ
יִתְגַּלֶּה תִּתְגַּלֶּה תִּתְגַּלִּי &c. אֶתְגַּלֶּה	יָגְלֶה תָּגְלֶה תָּגְלִי &c. אָגְלֶה	יַגְלֶה תַּגְלֶה תַּגְלִי &c. אַגְלֶה
הִתְגַּלֵּה הִתְגַּלִּי הִתְגַּלּוּ הִתְגַּלֶּינָה	*Imperativo caret,*	הַגְלֵה הַגְלִי הַגְלוּ הַגְלֶינָה
הִתְגַּלּוֹת	הָגְלֵה vel הָגְלוֹת	הַגְלֵה vel הַגְלוֹת
מִתְגַּלֶּה &c. מִתְגַּלָּה	מָגְלֶה &c. מָגְלָה	מַגְלֶה &c. מַגְלָה

Puhal	*Pihel*	*Niphal*	*Kal*	
גֻּלָּה גֻּלְּתָה &c. גֻּלֵּיתָ	גִּלָּה גִּלְּתָה &c. גִּלִּיתָ	נִגְלָה נִגְלְתָה &c. נִגְלֵיתָ	גָּלָה גָּלְתָה &c. גָּלִיתָ	Praeterit.
יְגֻלֶּה תְּגֻלֶּה תְּגֻלִּי &c. אֲגֻלֶּה	יְגַלֶּה תְּגַלֶּה תְּגַלִּי &c. אֲגַלֶּה	יִגָּלֶה תִּגָּלֶה תִּגָּלִי &c. אִגָּלֶה	יִגְלֶה תִּגְלֶה תִּגְלִי &c. אֶגְלֶה	Futurum.
Caret Impe-rativo..	גַּלֵּה גַּלִּי גַּלּוּ גַּלֶּינָה	הִגָּלֵה הִגָּלִי הִגָּלוּ הִגָּלֶינָה	גְּלֵה גְּלִי גְּלוּ גְּלֶינָה	Imperat.
גֻּלּוֹה vel גֻּלּוֹת	גַּלּוֹה vel גַּלּוֹת vel גַּלֵּה	הִגָּלֹה vel הִגָּלוֹת	גָּלֹה vel גְּלֹה vel גְּלוֹת	Infinit.
מְגֻלֶּה &c. מְגֻלָּה	מְגַלֶּה &c. מְגַלָּה	נִגְלֶה &c. נִגְלָה	גּוֹלֶה &c. גּוֹלָה — Benoni.	Pahul גָּלוּי גְּלוּיָה &c. גְּלוּיִם

ADNOTATIONES.

I. Verba in הּ deſinentia.

Verba in ה *cum Mappik plane perfecta putentur ;*
Ut גָּבַהּ praeſtat , כָּמַהּ cupit , *biſque recenſe*
נָגַהּ reſplendet ; (*quod Claſſi aſcribito* Pe-Nun)
תָּמַהּ miratur ; *quibus additur* הִתְמַהְמַהּ
Punctatur , *quinque omnino , nec plura ſuperſunt* .

Quinque Verba, quae memoriae gratia verſiculis complexi ſumus, ad Claſſem Quieſcentium *Lamed-He* non pertinent ; eorum enim tertia Radicalis ה , quippe quae puncto Mappik inſtruitur , *mobilis* eſt ; quamobrem ut Verba Perfecta , praeter נָגַהּ ad Claſſem Defectivorum *Pe-Nun* accenſendum , inflectuntur .

II.

II. Apocope ſive Abſciſſio.

In Futuro *Kal*.

(1) Lamed-He *ſinit, abſcindi He perſaepe Futuro:*
Praecipue in Kal : I. *Cedit He profligata, ſuumque*
Tunc Segol Radicali dat habere priori;
(2) *Aut Pathach, ſi littera gutturis incurſabit.*

(1) Hujus Claſſis Verba in Futuro patiuntur Apocopen, ſive abſciſſionem litterae ה. In Futuro *Kal* ſaepe, & potiſſimum quum praefigitur *Vau converſivum:* accentuſque retrahitur ad Formativas.

I. ה abſcinditur, & Segol ſubit primam Radicalem, accentuſque ab ultima ſyllaba tranſit ad penultimam; ſic וַיִּבֶן *& aedificavit*, pro וַיִּבְנֶה.

(2) At Gutturales pro (ֶ) accipiunt Pathach; ita וַיִּחְרֶה *& excanduit* fit וַיִּחַר; & וַיִּשְׁעֶה fit וַיִּשַׁע *& reſpexit*.

Ali-

Aliquando ſub ipſa Formativa Futuri eſt (-) ob ipſam Gutturalem ; ut וַיַּעַל ; quia Futurum integrum eſt וַיַּעֲלֶה *& aſcendit* . Nonnunquam ſub Formativa Futuri eſt Tzere ; ut וֵיֵּרָא *& vidit* , pro וַיִּרְאֶה .

II. *Vel cedens He Sceva ſodali ſubdit utrique ,*
Sub Formativis Chirek , aut Tzere relinquens .

Vel abſciſſo ה , ſubſcribitur (:) duabus reliquis Radicalibus , & Chirek , aut Tzere ſub Formativis ; ut וַיִּשְׁבְּ *& captivum duxit*, pro וַיִּשְׁבֶּה ; וֵיֵּשְׁתְּ *& bibit*, pro וַיִּשְׁתֶּה .

Vel pro Sceva Gutturali Pathach ſubſcribitur ; ut וַיִּחַדְּ *& gaviſus eſt* , pro וַיִּחְדֶּה .

Peculiaris eſt Apocope וַיַּרְא *& vidit* , pro וַיִּרְאֶה .

Abſciſſio peculiaris item eſt in Futuro *Kal* Verborum הָיָה *fuit*, & חָיָה *vixit* ; ut אֱהִי , תְּהִי , יְהִי , נְהִי *ero* , *eris* , *erit* , *erimus* , pro אֶהְיֶה , תִּהְיֶה &c. Sic etiam אֶחִי , תְּחִי &c. *vivam* , *vives* &c.

Apo-

Apocope in reliquis Futuris, & in Imperativis.

(1) *In reliquis* (Puhal *excipias* Hophalque) *Futuris*
הֶ *tantum it peſſum* : (2) *pariterque a* Pihel, *&* Hiphil,
Necnon Hithpahel, הֵ, *qui Modus imperat, arcet*.

(1) In reliquis Futuris (exceptis *Puhal*, & *Hophal*) fit Apocope tantum fere abſciſſo הֶ.

In *Niphal* וַיֵּרָא *&* *viſus eſt*, pro וַיֵּרָאֶה.

In *Pihel* וַיְכַס *&* *texit*, pro וַיְכַסֶּה.

In *Hiphil* וַיַּעַל *&* *ſublime extulit*, pro וַיַּעֲלֶה.

In *Hithpahel* וַיִּתְגַּל *&* *retexit ſe*, pro וַיִּתְגַּלֶּה.

(2) Ab Imperativis *Pihel*, *Hiphil*, & *Hithpahel* per Apocopen demitur הֵ; ita

In *Pihel* צַו *praecipe* ; הַס *ſile*, pro צַוֵּה, הַסֵּה.

In *Hiphil* הַעַל *ſublime fer*, pro הַעֲלֵה.

Et

Et ex Defectivis *Pe-Nun* הַט *inclina* ; atque הַךְ *percute* , pro הַכֵּה , הַכֵּה .

In *Hithpahel* יִתְחַל *finge te aegrotum* , pro הִתְחַלֵּה .

ADMONITIO.

I. Futurum & Imperativum *Hiphil* cum Apocope habet aliquando duplex (ֶ) ; ut תֶּמֶס *liquefacies* , pro תַּמְסֶה ; הֶרֶב *multiplica*, pro הַרְבֵּה ; ſed hic etiam Gutturalis de more , prout alibi , pro [ֶ] aſſumit Pathach aliquando .

II. Futurum *Hithpahel* in Verbo הִשְׁתַּחֲוָה peculiarem patitur Apocopen ; ut וַיִּשְׁתַּחוּ *& adoravit*, pro וַיִּשְׁתַּחֲוֶה.

Claſſes *Lamed-Aleph* , & *Lamed-He*
ſe invicem imitantur .

Et Lamed-Aleph , *&* Lamed-He
haud aegre altera fines
Migrat in alterius , *verſoque incedit*
amictu .

Claſſes *Lamed-Aleph* , & *Lamed-He* hoc proprium obtinent , ut altera non

raro

raro formam alterius imitetur ; extremaſque Radicales commutent .

Sic in Claſ. *Lamed-Aleph* a מָלֵא *implevit* fit more Quieſcen. *Lamed-He* מָלוּ *impleverunt* , pro מָלְאוּ ; נִפְלֵיתִי , pro נִפְלֵאתִי , *miratus ſum* ; & מֹצֶא *inveniens* , pro מֹצֵא . Tum Radicalis א vertitur in ה ; ut רְפָה *medere* , pro רְפָא . &c. tum per Apocopen abſcinditur ; ut הֶחֱטִי , pro הֶחֱטִיא , *ad peccandum induxit* .

Nec ſecus in Claſſe *Lamed-He* a תָּלָה *ſuſpendit* fit ritu Quieſcen. *Lamed-Aleph* תָּלְאוּ *ſuſpenderunt*, pro תָּלוּ , & קֹנֵא *poſſidens*, pro קֹנֶה . Tum Radicalis ה vertitur in א ; ut נֹשֶׁא *exigens* , pro נֹשֶׁה &c.

De Verbis utrinque Imperfectis .

Quae demum Verba Imperfecta *vocantur* utrinque
Nil ſibi velle novi ſtatuas ; nam Claſſibus ipſis
Imperfectorum , *quas diximus* , *accenſentur*.

Verba quae *utrinque* dicuntur *Imperfecta* nullam ſibi regulam peculiarem poſcunt

ſcunt; primam enim, & ultimam eorum ſyllabam ea Claſſis Imperfectorum moderatur, ad quam pertinent; ut ſi prima ſillaba ſit נ, poſtrema ה; tunc prima ſequetur Claſſem *Pe-Nun*, & poſtrema Claſſem *Lamed-He*; atque ita de reliquis. Sic a Verbo נָזָה *aſperſus eſt* fit in Futuro *Kal* יִזֶּה, nam prima pars hujus Verbi obſequitur Claſſi Imperfectorum *Pe-Nun*, poſtrema vero Claſſi Imperfectorum *Lamed-He*.

Idcirco ejuſdem Verbi Futurum *Kal* per Apocopen fit יִז, vel וַיִּז *& aſperſus eſt*; & in *Hiphil* וַיַּז *& aſperſit*, pro וַיַּזֶּה: ſic etiam a נָטָה *tetendit*, in Futuro *Kal* וַיֵּט; in *Hiphil* יַט, & in Imperat. *Hiphil* הַט. Denique a נָכָה [inuſitato in *Kal*] fit in Futuro *Hiphil* וַיַּךְ *& percuſſit*; & in Imperat. *Hiphil* הַךְ *percute*, ut ante diximus.

E X C E P T I O.

Verba tamen hujuſmodi quae incipiunt a נ vel [י] non abjiciunt has Radicales in Infinito, & Imperativo *Kal*; ſic a יָרֵא *timuit*, Infinit. יְרֹא; & a

a נָקָה *purus fuit*, Infinit. נְקוֹה *purum eſ-ſe* &c.

Excipiuntur tamen נָשָׂא *tulit*, cujus Infinit. eſt .שְׂאֵת vel שְׂאֵת *ferre*; Imperat. שָׂא *fer* &c. & יָצָא *exivit*, Infinit. צֵאת *exire*; Imperat. צֵא *exi*.

Verbum utrinque Imperfectum נָתַן *dedit* ſic conjugatur.

3. נָתַן , נָתְנָה 2. נָתַתִּי , נָתַתְּ 1. נָתַתִּי
3. נָתְנוּ ; 2. נְתַתֶּם , נְתַתֶּן ; 1. נָתַנּוּ
Futurum יִתֵּן , תִּתֵּן , תִּתְּנִי , אֶתֵּן &c.
Imperat. תֵּן . Infin. תֵּת , pro תֶּנֶת.

Hic adnotandum ſuccurrit, in Verbis, quae deſinunt in ן aut ת, expelli has litteras ante ſervilem ſimilem, compenſarique per Dagheſc; ut שָׁכַנּוּ *habitavimus*, pro שָׁכַנְנוּ, a שָׁכַן *habitavit*, כָּרַתִּי, *ſuccidi*, pro כָּרַתְתִּי, a כָּרַת.

A P P E N D I X

De Verbis Compoſitis .

Nonnulla occurrunt Scripturis Verba ſubinde ,
[Compoſita *appellare licet*] *quae e pluribus unam*
Inſolitam prorſus ſatagunt ſibi condere formam .

I. Aliquot Verba ex pluribus Formis ſeu Conjugationibus componuntur , unde inſolita exſiſtit forma ; ſic הִתְפָּקְדוּ *numerarunt ſe* [Jud. XX. 15.] coaleſcit ex *Kal* , & *Hithpahel* : הֻטַּמְּאָה *polluta eſt* [Deut. XXIV. 4.] exſiſtit ex *Hoph.* & *Hithp.* הָתְפָּקְדוּ *numerati ſunt* (Num. I. 47.) coagmentatur ex *Kal* , *Hithp.* , & *Hoph.* יִרַדֹּף *perſequetur* (Pſalm. VII. 6.) exſiſtit ex *Kal* , & *Pihel* : נִכְסֹף *deſiderando* (Geneſ. XXXI. 30.) ex *Kal* , & *Niphal* .

II. Huc referri poſſunt primo Verba quaedam , quae ad quampiam quidem Imperfectorum Claſſem pertinent ; attamen

men ex parte ſequuntur aliam ; uti בּוֹשׁ *erubeſcere* in prima ſyllaba Futuri *Kal* imitatur Claſſem *Pe-Jod*; ut אֵבוֹשׁ, תֵּבוֹשׁ; vel Formam imperfectam ſimul & perfectam ſequuntur ; ſic a יָבֵשׁ *aruit*, Infin. יְבֹשֶׁת ; a יָכֹל *potuit*, Infin. יְכֹלֶת.

Praeterea Verba nonnulla ex aliis enaſcuntur per geminationem Radicalium. Ea autem fit aut primam duplicando, ut a גָּלַל *volvit* גִּלְגֵּל *devolvit*: aut tertiam, ut a צָמַח *languere* fit צִמְחֵחַ : vel primam ſimul & ſecundam, ut a שָׁעָה *reſpexit* שִׁעֲשַׁע *oblectavit*, vel primam & tertiam, ut a כּוּל כִּלְכֵּל *ſuſtentavit*: vel denique ſecundam et tertiam, ut a סָחַר *circuivit* סְחַרְחַר *ſubſultavit*.

De Affixis Verborum.

Antequam de Affixis verborum ſermo inſtituatur, id praeſtat inprimis animadvertere, ex integris illa conflari pronominibus; perinde ac in de nominum affixis dictum jam antea eſt. Rem totam ſubjecta tabella aperiet.

ֶנִי , ֵנִי , ַנִי *me*
ֶנוּ , ֵנוּ , ָנוּ *nos*
ךָ *te* m.
כֶם *vos* m.
ֵךְ *te* f.
כֶן *vos* f.
וּ , וֹ , ָהוּ , ֵהוּ , & ֶנּוּ *illum*
ֵם , ָם , מוֹ *eos*
ָה , ָהּ , & ֶנָּה *eam*
ֵן , ָן *eas*

Haec tamen , quae modo deſcripſimus affixa verborum , non promiſcue quibusque temporibus adnectenda , monent vulgo Grammatici : quod infra , ubi pauculas praeceptiones , de punctorum & litterarum mutationibus in verbis propter affixa tradiderimus , demonſtrabitur .

Affixa & Verbis praeter communia ,
נִי me ,
הוּ *aut* ֶנּוּ illum , ֶנָּה illam *dedit arbiter uſus .*

Apponuntur & Verbis affixa , tum pro-

propria quaedam ; ut נִי *me* , הוּ , aut נוּ, *illum* ; נָּהּ *illam* , tum communia ; quibus etiam Puncta , & litterae commutantur .

De hac mutatione nos, ſtatim ac nonnulla ſcitu non indigna ſubjecerimus, dicere aggrediemur .

I. Hujuſmodi affixa verbis tantum junguntur activis : per accuſandi caſum reddenda .

II. Sunt tamen nonnulla, quae alium ab illo caſum ſibi neceſſario poſtulant , ut 1. Reg. XIX. 21. בִּשְּׁלָם *coxit eis* Job. XXXI. 37. אַגִּידֶנּוּ *nuntiabo illi* &c.

III. Non deſunt tamen exempla, quibus illa conjuncta Inf. paſſivis probentur ut ecce Gen. V. 2. בְּיוֹם הִבָּרְאָם *in die creari eos* &c.

IV. Nec illis aliquando privantur verba neutra ; quare per alium tum caſum, quam per acc. ſunt efferenda : adhibita nim. aliqua in commodiorem ſenſum particula . Inſtar omnium ſit יְגֻרְךָ , quod qui redderet *habitabit te* : nae is rem faceret ineptiſſimam : appoſita vero particula *cum* aut *juxta* quam Vulgat. maluit,

 exſi-

exſiſtet *habitabit juxta te*, ſenſu non plane incommodo.

§. *I.*

Punctorum, & litterarum mutatio in Verbis ob affixa.

In Praeterito *Kal*.

REGVLA I.

In Perſona tertia Sing. Maſc.

In Sceva converti Kametz Radicis *oportet,*
Et Pathach in Kametz, ſi affixi acceſſerit augmen.

EXEMPLA.

(1) *Radix* ſeu tertia Praeteriti perſona maſcul. in *Kal* cum affixis mutat Kametz in (:), & Pathach in (־); ut פָּקַד fit פְּקָדַנִי *viſitavit me*; פְּקָדוֹ *viſitavit eum*.

Sed

Sed Pathach ante affixa כֶם, & כֶן non mutatur ; ut פְּקַדְכֶם *viſitavit vos* Maſcul. פְּקַדְכֶן *viſitavit vos* Fem.

Quae deſinunt in (ֵ) illud retinent, licet affixa accedant: quae vero in (ֹ) illud non amittunt: quod ſi Sceva inſequitur in Kametz chatuph evadit ut יְכָלְתִּיו *prevalui ipſi*. Sed iſtius formae verba rariſſime cum affixis conjungi docet Buxtorf. Theſ. lib. II. c. XVII.

REGVLA II.

In perſona Tertia ſing. Fem.

Feminea at perſona Kametz, & Sceva priora
Tranſponet Puncta, atque in תַ הָ migrare jubebit.

EXEMPLA.

[1] Sed tertia perſona Fem. cum affixis tranſponit priora Puncta ſic, ut (:) locetur ſub prima Radicali, (ָ) vero ſub Radicali ſecunda: praeterea terminationem הָ mutat in תַ; ut פָּקְדָה fit פְּקָדַתְהוּ *viſitavit eum*, & contracte

 פְּקָדַתּוּ

פְּקָדַתְהוּ : פְּקָדַתְּהָ, & contracte פְּקָדַתָּה *viſitavit eam*, unde excidit ה. Quae quidem littera & alibi excidere ſolet: ſic invenitur תִּלְבַּשְׁןָ *induentur*, pro תִּלְבַּשְׁנָה; & תִּשְׁמַעְןָ *audietis*, pro תִּשְׁמַעְנָה; quod obiter hic adnotatum eſt.

Verum eadem terminatio ָה ante affixa ךָ, ם, & ן, fit ַת ut פְּקָדַתְךָ *viſitavit te* Fem. פְּקָדָתַם *viſitavit eos*; פְּקָדַתַן *viſitavit eas*.

R E G V L A III.

In Perſonis reliquis.

(1) *Praeteriti in reliquis perſonis ſyllaba prima*
Sceva petit; *retinet Pathach altera:*
(2) *quae Sceva ſi ſit*,
Pro Sceva Kames habet; (3) *ſi ſit Cholem*, *in o breve mutat*.

E X E M P L A.

(1) Reliquarum Praeteriti perſonarum prima ſyllaba mutat (ָ) in Sceva, & ſecunda ſyllaba ſervat ſuum Pathach; ut

ut a פָּקַדְתָּ fit פְּקַדְתָּהוּ *viſitaſti eum*. Aliquando (-) mutatur in Chirek; ut יְלִדְתִּיךָ *genuit te*.

(2) Quod ſi in ſecunda ſyllaba ſit Sceva, mutatur in (ּ); ut פָּקְדוּ fit פְּקָדוּם *viſitarunt eos*.

REGVLA IV.

In Perſona ſecunda Sing. & Plur.

(1) *Sed Femella Chirek cum Jod perſona ſecunda*
Poſcit, ubi affixo ſe ſubjicit, interjectum:
(2) *Plurali in numero in* תוּ *tantum extrema recudit.*

EXEMPLA.

(1) Praeterea perſona ſecunda femin. ſing., ubi ſibi affixum adjungit, ſubjectum (:) convertit in (·). Quod aliquando conſequitur (י) utpote altera nota feminini generis, quaſi ex forma אַתְּי; ſic פָּקַדְתְּ fit פְּקַדְתִּים *viſitaſti eos*.

(2) In utraque vero ſecunda perſona plur. mutatur ſolum terminatio תֶּם &

תֶן in תוֹ; ſic פְּקַדְתֶּם fit פְּקַדְתּוּהָ *viſitaſtis eam* &c. punctis nec ſua ſede motis nec immutatis.

§. *II.*

In Futuro, Infinito, Imperativo, & Participio.

R E G V L A V.

In Futuro.

[1] *Tranſcribit Cholem in Sceva*, [2] *o raptumve Futurum;*
[3] *At Pathach in Kametz, ſimul atque affixa capeſſet.*

E X E M P L A.

[1] Terminatio (וֹ) futuri vertitur in Sceva; ſic יִפְקוֹד fit יִפְקְדוֹ *viſitabit eum.*

(2) Verum in Defectivis *Ain* mutatur in Kametz-Catuph; ſequente Dagheſc forti ut יְסֻבֶּנּוּ *circumdabit eum*, a יָסוֹב; itidemque mutatur ante כֶּם, כֶן, & ךָ; ut יִפְקָדְכֶם *viſitabit vos* &c. יִפְקָדְךָ *viſita-*

ſitabit te: nonnunquam in Kibbutz ; ut וִיחֻנֶּךָּ *& gratiam faciat tibi.*

(3) Si denique futurum deſinit in Pathach , commutat in (ּ) ; ut יְשַׁלַּח fit יְשַׁלְּחֶךָּ *mittet te.*

Aliquando futuro ante affixa interponitur נ , quod *Epentheticum* ſeu *Interpoſititium* dicitur ; ut יְשַׁבְּחוּנְךָ *laudabunt te* , pro יְשַׁבְּחוּךָ ; ſic etiam יְבָרְכֶנְהוּ *benedicet ei*. Illud porro נ ante affixa נִי, ךָ, הוּ interſeritur .

R E G V L A VI.

In Infinito.

(1) *Prima Infiniti o breve poſtulat, altera Sceva*
Syllaba ; (2) vel Chateph-Kametz , ſi guttur inhalet.

E X E M P L A.

(1) Prima ſyllaba infiniti cum affixis accipit Kametz-Catuph ; ſecunda vero accipit Sceva ; ſic פְּקוֹד fit פָּקְדוֹ *viſitare eum* .

Sed

Sed cum affixis כֶם, כֶן, & הּ vel mutatio fiet eadem ratione ; ut פָּקְדְכֶם *viſitare vos* ; vel פְּקָדְכֶם , ita ut prima ſyllaba ſit Sceva , ſecunda vero Kametz-Catuph, non raro Kibbutz ut בְּקֻצְרְךָ *cum metas tu* .

(2) Si ſecunda ſyllaba Gutturalem habeat , pro (:) accipit Cateph-Kametz ; ut בְּחוֹר fit בָּחֳרִי *eligere me*.

Sed advertere oportet , ſiquando terminatio infiniti ſit Pathach , tunc hoc Punctum mutari in Sceva , & praecedens Sceva mutari in Chirek ; ſic פְּתַח fit פִּתְחוֹ *aperire ipſum*.

Praeterea in Defectivis *Ain* (ו) verti in Kibbutz ; ut חֻמִּי *conſumere me* .

Denique infinitum formae ſex Punctorum ſumere affixa non ſecus ac nomen ejuſdem formae ; ut גִּשְׁתּוֹ *accedere eum* , ab infinito גֶּשֶׁת .

In Imperativo & Participio .

Nulla regula hic peculiaris ſervanda eſt : nam I. imperativus in Sing. maſc. ſe ſe gerit , ut infinitus Reg. VI. Si vero deſinit in Pathach , id mutat in Ka-

Kametz, ut futurum Reg. V. n. 3. In plur. Femin. demum renuit affixa.

II. Participium adjungit ſibi affixa more nominum; ut פּוֹקֵד, פּוֹקְדָן *viſitans eas*; פּוֹקֶדְכֶן *viſitans vos*. In quo poſtremo exemplo littera ק ſumit Punctum (ְ) pro Sceva; etenim alterum Sceva conſequitur, ut pag.40. n.2. Cum vero hujuſmodi participium ſibi adjecit affixa verborum, participii ſecum gerit notionem: ubi contra nominum, verbalis nominis habet rationem. Exempla paſſim proſtant.

§. *III.*

§. *III.*

In reliquis Conjugationibus.

R E G V L A VII.

In Pihel, Hiphil, Hithpahel, & Paſſivis.

(1) Pihel *Tzere jubet converti in Sceva*, (2) *Segolve*:
(3) *Nil commutat* Hiphil: (4) Imperfectûm *excipe Claſſes*,
Quae Kametz, & Tzere in Scei ſub augmine vertunt.
(5) *Reſpuit affixa* Hithpahel; Paſſivaque *Forma*.

E X E M P L A:

(1) *Pihel* cum affixis mutat Tzere in Sceva; ut פִּקֵּד fit פִּקְּדוֹ *praepoſuit eum*.

(2) Sed cum affixis כֶם, כֶן, & ךָ mutat illud in (ְ); ut לִמְּדְכֶם *docuit vos*; vel in [ַ] ut בֵּרַכְךָ *benedixit tibi*; ubi (ֵ) eſt loco Dagheſc ejecti.

(3

(3) *Hiphil* Verborum Perfectorum nihil mutat; ſic הִפְקִידוֹ *praefecit eum*, הִפְקַדְתֶּם *praefeciſti eos* &c.

[4] At *Hiphil* Imperfectorum mutat Puncta Kametz, & Tzere ſub Formativis in Sceva. Et I. Kametz; ſic וַיְסִבֵּנִי *circumducet me*, a Futuro *Hiphil* יָסֵב Verbi סָבַב *circuivit*: (quod Kametz tranſit in (:) etiam ſub Formativis aliarum Conjugationum Imperfectorum, cum ſumunt affixa; ut יְסֻבֶּנּוּ *circumdabit eum*, a Futuro *Kal* יָסוֹב ejuſdem Verbi.) II. Punctum Tzere; ſic מְשִׂימְךָ *ponens te*, a Benoni *Hiphil* מֵשִׂים Verbi שׂוּם *ponere*. Sic הֱפִירָם *labefactavit eos*, ab הֵפִיר ſeu הֵפֵר *Hiphil* Verbi פּוּר *frangere*; ubi Tzere mutatur in Sceva Compoſitum ob Gutturalem.

(5) *Hithpahel* non ſumit affixa; nec Paſſivae Conjugationes, niſi raro admodum, & fere in infinito; ut בְּהִבָּרְאָם *in creari ea*. Quod ſupra notatum eſt pag. 147. n. 3.

§. *IV.*

§. IV.

Quibus Punctis affixa Verbis jungantur.

Poſt ea omnia, quae hactenus dicta ſunt, Puncta denique proferemus, quibus affixa Verbis ſunt adjungenda.

I. ן eas, ם eos.

(1) *Kametz* ן *Infinito ferruminat*, & ם,
Necnon Praeterito: [2] *haec eadem*
ſed Tzere Futuro,
Cognatoque Modo, qui in Verbis imperat, aptat.

(1) Infinitus conjungit ſibi affixa ן & ם per [ָ]; ut פָּקְדָן *viſitare eas*, פָּקְדָם *viſitare eos*. Praeteritum quoque per [ָ]; ut פְּקָדָן *viſitavit eas*, פְּקָדָם, & poetice פְּקָדָמוֹ *viſitavit eos*.

[2] Sed futurum, & imperativus eadem ſibi jungunt per [ֵ]; ut ab יִפְקוֹד fit יִפְקְדֵן *viſitabit eas*: ab imperativo פְּקוֹד fit פָּקְדֵם *viſita eos* &c.

II.

II. הּוּ ipſum , נוּ nos , & נִי me .

[3] *Praeteritum* הוּ , נוּ *per Kametz*, *aut Sceva capeſſit ;*
[4] *Sed* נִי *per Pathach* , *aut Sceva :* [5] *per Tzere turba ſuperſtes.*

[3.] Praeteritum adnectit ſibi per [ָ] ſuffixa הוּ & נוּ, ſic פְּקָדָהוּ *viſitavit eum* , [interdum, uſarpatur [ו] pro הוּ ; ut נְתָנָיו *dedit eum*.] פְּקָדָנוּ *viſitavit nos*.

Sed ejus perſona 3. ſing. fem. jungit eadem ſibi per Sceva ; ut פְּקָדַתְנוּ *illa viſitavit nos* &c.

[4] נִי vero jungitur praeterito per Pathach ; ſic פְּקָדַנִי *viſitavit me*.

Sed ejus 3. perſonae ſing. feminin. adjungitur per Sceva ; ut פְּקָדַתְנִי *illa viſitavit me*.

[5] Porro eadem haec affixa infinito, imperativo , & futuro admoventur per Tzere ; ita פָּקְדֵהוּ , & פָּקְדֵנוּ *viſitare eum*, & *nos* , vel *viſita eum* , & *nos* ; ſic etiam יִפְקְדֵהוּ & יִפְקְדֵנוּ *viſitabit eum*, & *nos*.

Nec ſecus פָּקְדֵנִי *viſitare* , vel *viſita me ;* יִפְקְדֵנִי *viſitabit me* .

III.

III. כֶם *vos* maſcul. כֶן *vos* femin.
ךָ *te* maſç. ךְ *te* fem·

(6) כֶם , כֶן , ךָ *Scheva* ; (7) *ſed* ךֵ *Tzere ſervat ubique.*

(6) Affixa כֶם , כֶן , ךָ cunctis Temporibus, Modiſque conjunguntur per Sceva ; ut פְּקַדְכֶם *viſitavit vos* maſc. &c. פְּקָדְךָ *viſitavit te* maſc. פָּקְדְכֶן *viſitare vos* fem. &c. פָּקְדְךָ *viſitare te* maſcul. Sic etiam in imperativo ; nam idem eſt . יִפְקָדְכֶם *viſitabit vos* maſc. &c. יִפְקָדְךָ *viſitabit te* maſc.

(7) ךֵ Jungitur per Tzere; ut פְּקָדֵךְ *viſitavit te* fem. פָּקְדֵךְ *viſitare te* ; יִפְקְדֵךְ *viſitabit te*.

IV. ֶנּוּ , illum , ֶנָּה illam.

(8) ֶנּוּ , ֶנָּה *proprium Segol non deſerit unquam ,*
(9) *Quae neque Praeteritum ;* i (י), u (ו) *nec finita receptant.*
(10) *Haec autem Affixis reliquis ſe jungere malunt ,*

Sed

Sed proprio ſemper Puncto; nam ce-
tera temnunt.

(8) Affixa נּוּ‎ֶ , נָּה‎ֶ per proprium Segol apponuntur; ſic פָּקְדֶנּוּ *viſitare eum* &c. יִפְקְדֶנָּה *viſitabit eam* &c.

(9) Haec affixa neque praeterito, neque vocibus finitis (ִי) , (וּ) conjunguntur.

(10) Verum eaedem hae voces, quae terminantur in (ִי), aut (וּ), accipiunt reliqua affixa: ſed ea hoc puncto ſibi conjungunt; ſic פְּקַדְתִּי fit פְּקַדְתִּים *viſitavi eos* (quae orationis nexu a 2. perſona cum affixo juncta diſtinguenda eſt; nam nihil ab ea differt, ut Reg. IV. pag. 151. n. 1.) ſic denique פָּקְדוּ fit פְּקָדוּכֶם *viſitaverunt vos*: id quod & in ceteris Formis, & Temporibus, Modiſque ſervatur.

Addenda pro affixis Defectivorum
& Quieſcentium.

Cum ſuprema jam manus tractationi de affixis verborum ſit admota: reſtat ut paucula de affixis Defectivorum, & Quieſcentium adſpergamus. Illa quidem in ipſa re, (ubi nonnulla huc facientia adlita quoque ſunt, & ad quae lectorem mox

amandabimus) erant interneſtenda, ſed ne illic paucitate ſua diſperirent, neve ipſa diverſitate, juvenum mentes ab incepto curriculo importune alio avocarentur, huc veluti in faſciculum collegimus: ut, quid iſthaec cum perfectis commune habeant, quid non, ſecum illi decernant.

1. Quae deficiunt in פ״נ praeteritum perfectorum prorſus imitantur. Infinitus mutatur non ſecus ac nomina cum duplici [··] ut ſupra dictum eſt p: 154. n. 2. Imper. & futur. ubi (-) ſubeſt, accipit (·) ut קָחֵהוּ *accipe eum*. Reliqua analogως ſe habent.

2. Quod ad alteram claſſem Defectiv. ע״ע ſpectat, nihil illa habet peculiare: ſi quid in inf. imp. futur. Kal a praeſcripto aberrat, conſulas, pag. 152. n. 2. 154. n. 2. ſi quid vero in Hiph. p. 157. n. 4.

3. Quieſcentia פ״י nihil diſtant a perfectis in praet. Infinitus tamen ad formam nominum ſex punctorum recipit affixa. Imp. vel deſinit in (-) & ſuſcipit (·) vel in (··) & mutatur in (:) דְּעֵהוּ *cognoſce eum*; par permutationis ratio in futur. In reliquis omnia ſunt communia.

4. Quieſcentia ע״י retinent ſuum (·) in praet. ut שָׂמוֹ *poſuit illum*. Item ſuum pun-

punctum in infin. & imp. שׂוּמוֹ *ponere illum*, quod aliquando euphoniae cauſſa convertitur in (ֻ) ut בְּקֻמָהּ *cum ſurgeret ipſa:* futuri formativae in (ָ), deſciſcunt in (ְ) ut de defectivis dictum eſt. Hiphil, quod (ִ) habet in formativa הִ, movet in (ֱ) vel in (ֲ) ut הֱמִיתוֹ *morte affecit eum*, הֱכִינַנִי *ſtabilivit me*. Infiniti (ָ), item imperat. & futuri abit in (ֲ) ut בַּהֲכִינוֹ *cum aptaret me*.

Adnotanda in Quieſcentibus
Lamed-He.

(1) *Advertas demum. Quum affixa accedere ſtvit*
Lamed-He *ſibi, pellit He*; (2) *Praeteritoque, quod ante it*
Kametz, perſona aſſervabit tertia: (3) *id urgent*
In Sceva reliquae, (4) וֹת *rite accipi Infinitus*
Affixa. (5) *His quoque* יֵשׁ *indeclinabile gaudet*.

(1) Quieſcentia *Lamed-He* abjiciunt ה, quum accipiunt affixa; ſic יִקְנֵנִי *poſ-*
 ſi-

ſidebit me, pro יְקְנֵהֵנִי ; קְנֵה *poſſide illam* pro קְנֵהוּ &c. a קָנָה *poſſedit*.

(2) Praeteritum in tertiis perſonis ſervat priorem vocalem (ֵ) ; ut קָנַנִי *poſſedit me*, pro קְנָנִי ; קָנוּהוּ *poſſederunt eum* &c.

(3) In reliquis perſonis mutat illam in (:) ; ut קְנִיתוֹ *poſſediſti eum* &c.

(4) Infinitus וֹת proprie ſumit affixa ; ut קְנוֹתָם *poſſidere eos*.

(5) Verbum Subſtantivum indeclinabile, & utriuſque numeri, יֵשׁ a Radice inuſit. יָשָׁה *fuit*, inſtruitur & ipſum affixis ; יֶשְׁנוֹ *eſt ipſe* ; יֶשְׁךָ *es tu* ; יֶשְׁכֶם *eſtis vos* : Aliquando invenitur cum א ; ut הַאִשׁ *eſt ne* ? & cum (י) אִישׁ *eſt*.

Nonnunquam apponuntur ſuffixa cum (י) redundante interpoſito ; ut שׁוּבֵינוּ *reduc nos* ; הַכֵּינִי *percute me*.

§.V.

§. *V.*

De Litteris *Paragogicis* ſive Adjectitiis.

א , ה , ו , י , ן adduntur vocibus imis:
Puncta etiam mutant; affixa hinc jure vocares.

E X E M P L A.

Quatuor litterae quieſcentes א, ה , ו, י, & ן nominibus, Verbiſque adjiciuntur, perindeque ut affixa mutant eorum Puncta.

א adjicitur aliquando Verborum vocibus in (וּ) deſinentibus; ut הֶהָלְכוּא *qui iverant*. Joſue X. 24.

ה futuro, imperativo, & infinito frequenter apponitur; ſic אֶשְׁכְּנָה *habitabo*: זָכְרָה *memento*: לְפָקְדָה *ad viſitandum*, pro אֶשְׁכּוֹן &c. ubi Puncta aeque mutantur ac cum affixis: terminatio autem (..) mutatur in (:); ut נֵלְכָה *ibimus*.

Aliquando affixum additur infinito poſt ה Paragog. mutatum in ת; ut בְּקָרְבָתָם *in accedere eos*, pro בְּקָרְבָם.

Idem ה adjicitur affixis ipſis in ם, ן, & ךָ finitis; ut יָדְכָה *manus tua*; tum nominibus; ut חַרְסָה *ſol*, pro חֶרֶס; tum Verborum vocibus in (ּ) deſinentibus; ut מְסַרְתָּה *tradidiſti*.

ו perquam raro adjicitur; ut בְּנוֹ *filius*, pro בֵּן Numer. XXIV. 3. חַיְתוֹ *beſtia*, pro חַיָּה.

י invenitur in Participiis; ut יוֹשְׁבִי *ſedens*: in affixis Femin. ſic בְּתוֹכֵכִי *in medio tui*, pro בְּתוֹכֵךְ; & in adjectivis femin. ut מְלֵאֲתִי *plena*, pro מְלֵאָה: raro in nominibus ſubſtantivis; ut חִצִּי *ſagitta*, pro חֵץ.

ן perſaepe adjungitur ſecundae, & tertiae perſonae plur. futuri; ut יְשׁוּבוּן *redibunt*, pro יָשׁוּבוּ; & tertiae perſonae plur praet.; ut יָדְעוּן *ſciverunt*.

Ap-

Appendix de ה.

(1) *He demum vim particulae perſaepe Latinae*
Verſus *habet:* (2) *pariterque ſolet vim intendere vocum.*

(1) Non raro ה cum nominibus, aut adverbiis loci (de quibus infra) ſignificat *ad*, *in*, *verſus*, accentumque ſemper rejicit in penultimam; ut אַ֫רְצָה *terram verſus*, vel *ad terram*, ab אֶ֫רֶץ; יָ֫מָּה *ad mare*, a יָם; שָׁ֫מָּה *illuc*, a שָׁם *ibi*. Atque ita diſtinguitur a terminatione fem. ָה, cujus accentus in ultima ſemper eſt.

(2) Additum porro vocibus femininis, mutataque earum terminatione ָה in ָתָה, accentuque item in penultimam rejecto, ſignificationem earum intendit; ſic יְשׁוּעָה *ſalus* fit יְשׁוּעָ֫תָה *magna*, *omnimoda ſalus*.

CAPVT IV.

De voce indeclinabili .

PArtes tandem orationis perſequemur, quae flexu carent : *Adverbia* ſcilicet ; *Praepoſitiones* ; *Conjunctiones* ; & *Interjectiones* . Eas autem & verſiculis conſtipare noſtro more conati fuimus : at quum horridiores , quam ferri poſſent , exſtiterint ; ſoluta oratione proponere ſatius duximus ; eo maxime , quod hoc pacto facultas fuit ſignificationes ſingularum cunctas propemodum proferendi .

A D V E R B I A

I. Loci .

אֵי , אַיֵּה ; אֵיפוֹא , אֵיכֹה *ubi* ? אֵי־זֶה *ubi* ? *qua*? אָן *ubi* ? *quo*? אָנָה *quo*? בָּזֶה , כֹּה , פֹּה הֲלוֹם , *hic* , *huc* ; הֵנָּה *huc* . שָׁם *illic* . מֵאַיִן , מִזֶּה אִי *unde*? מִשָּׁם , מִפּוֹ, מִפּוֹה *hinc*, *inde* . פְּנִימָה , מִבֵּית , מִבַּיִת *intra* , *intrinſecus* . חוּץ *extra* . מִמַּעַל , מַעְלָה , מִלְמַעְלָה *deſuper*

ſuper . תַּחַת , מִתַּחַת , מַטָּה *infra* . פָּנִים *ante* . אָחוֹר *retro* .

II. Temporis .

. מָתַי *quando* ? נָא , עַתָּה *nunc* . אָז , אֲזַי *tunc* . יוֹמָם *die* . לַיְלָה *nocte* . בֹּקֶר *mane* . צָהֳרַיִם *meridie* . עֶרֶב *veſpere* . מָחָר *cras* . אֶתְמוֹל , תְּמוֹל *heri* . שִׁלְשׁוֹם *nudius tertius* . זֶה *jam* . טֶרֶם *antequam* . עַד־אִם , עַד־אֲשֶׁר , עַד־כִּי עַד *donec* . פִּתְאֹם פֶּתַע *ſtatim* . מַהֵר , מְהֵרָה *cito* . תָּמִיד *ſemper* . עוֹד *adbuc* , *ultra* .

II. Interrogationis , affirmationis , negationis &c.

אִם , הַאִם *numquid* ? אֵיךְ , אֵיכָה *quomodo* ? לָמָּה , מַדּוּעַ *cur* ? כֵּן *ſic* , אַךְ , אָכֵן , אוּלָם , אָמְנָה , אָמְנָם *ſane* , *vere* . אֵין , אַיִן , בַּל , לֹא ; *non* . אַל *ne* . פֶּן *ne forte* . אוּלַי *forſitan* . רֵיק , רֵיקָם *inaniter* . שָׁוְא , חִנָּם *fruſtra* , *gratis* . יַחְדָּו *una* , *pariter* . לְבַד , *ſeorſum* . אַךְ , רַק *tantum* .

IV. Intenſionis, remiſſionis, ſimilitudinis.

יוֹתֵר *amplius*. מְאֹד *valde*. רַב, הַרְבֵּה *multum*. אַף־כִּי *quanto magis*. Prov. XI. 31. aut *quanto minus*. I. Reg. VIII. 27. אַט *placide*. מְעַט *parum*. כִּמְעַט, כְּאַיִן *fere*. כְּמוֹ־כֵן *ſimiliter*. כְּמוֹ *ſicut*. כֹּה, כָּכָה, כֵּן *ita*.

PRAEPOSITIONES

I. Loci.

אֵצֶל *apud*. לִפְנֵי, נֹכַח, עֻמַּת, נֶגֶד, מוּל *coram*. בֵּין *inter*. עֵבֶר *cis*, & *trans* pro loci & loquentis ratione: at fere pro *cis* uſurpatur בְּעֵבֶר, pro *trans* vero מֵעֵבֶר. הָלְאָה *ultra*. סָבִיב *circum*. אַחַר, אַחֲרֵי *poſt*. מִן, מִפְּנֵי, מִנִּי *a*, *de*. עַד *ad*, *uſque ad*. אֶל *ad*.

II. Cauſsae.

בִּגְלַל, בַּעֲבוּר, לְמַעַן, עַל *propter*. בְּעַד, חֵלֶף, תַּחַת *pro*. כְּפִי, לְפִי *ſecundum*.

III.

III. Conjunctionis ; & ſeparationis.

עם , אל , על *cum, in, juxta ;* את *cum.*
בלי , מבלי *ſine* . בלתי , בלעדי , זולת , לבד ,
מלבד *praeter* .

CONJVNCTIONES.

אף , גם *etiam.* או *aut.* אם *ſi.* כי *quia.*
כי־אם *ſed, quod ſi, niſi.* לולי *niſi.* לו *ſi,*
ne forte , forſan . אך *tantum , ſed , ſa-*
ne, forſan. רק *tantum, ſane .* אבל *certe.*
אולם *vere, veruntamen.* יען , יען־אשר , עקב ,
עקב־אשר *eo quod* . לכן , על־כן *idcirco* .

INTERJECTIONES.

בי , נא , אנא *quaeſo* . אי , אללי *vae.* הוי ,
הא , הוי , אוי , אויה *heu, vae.* הה , אהה
ah. הוי *o, heus* . הבה *eja* . האח *euge* . לו ,
אחלי *utinam.* חלילה *abſit , avertat Deus* .
אמן *fiat, ratum ſit.*

De

De affixis Adverbiorum, & Praepoſitionum.

Et ſuffixa ſibi adſciſcunt Adverbia, Partes
Nec non praepoſitae: *Puncta & diverſa ſequuntur.*

Adverbiis quoque, & Praepoſitionibus ſuffixa, partim quae Nominibus, partim quae Verbis; apponuntur: Punctorum autem mutatio ſiqua contingit, fere eſt ut nominum. Nos aliquot tantum; ut cognoſcantur eorum uſus, ex alterutriſque afferemus.

§. I.

Adverbia cum affixis.

(1) *A Verbis* נִי , ֶנּוּ , ֶנָּה *ſibi mutua poſcit*
עוֹד , *atque* אֵין ; (2) *tantum* נִי *ex bis*, *ſimul* הוּ *accipit* הִנֵּה,
Atque כְּמוֹ ; * *reliqua* (3. *baud ſecus* אַיֵּה) *a nomine ſumunt.*

EXEM-

E X E M P L A.

(1) עוֹד *adbuc* mutuatur a Verbis ſuffixa נִי , נִּי , נָּה ; ut עוֹדֶנִּי vel עוֹדִי *adbuc ego* , עוֹדֶנּוּ *adbuc is* , עוֹדֶנָּה *adbuc ea* .

* Reliqua affixa ſumit a nominibus, ut עוֹדְךָ *adbuc tu* Maſc. עוֹדֵךְ *adbuc tu* fem. עוֹדֵינוּ *adbuc nos* ; עוֹדְכֶם *adbuc vos* maſc. עוֹדְכֶן *adbuc vos* fem. עוֹדָם *adbuc illi* ; עוֹדָן *adbuc illae* .

Sic etiam אַיִן vel אֵין *non* ; ut אֵינִי vel אֵינֶנִּי *non ego* ; אֵינֶנּוּ vel אֵינוֹ *non ille* ; אֵינֶנָּה vel אֵינָהּ *non illa* .

* Reliqua ſunt ipſa nominum affixa ; ut אֵינְךָ *non tu* maſc. אֵינֵךְ *non tu* fem. אֵינֶנּוּ *non nos* ; אֵינָם vel אֵינֵמוֹ ; *non illi*. &c.

(2) הִנֵּה *ecce* ex affixis Verborum נִי tantum ſumit , & הוּ , abjicitque terminationem הִ : ut הִנְנִי vel הִנֵּנִי vel הִנֶּנִּי *ecce ego* ; הִנֵּהוּ vel הִנּוֹ *ecce ille*.

* Reliqua ex affixis nominum ; ut הִנָּהּ *ecce illa* &c. eadem ratione , ut עוֹד .

Eadem affixa ſumit כְּמוֹ *ſicut* ; mutat tantum in (ּ) punctum Sceva , quod cum

cum affixis conſtructis retinet ; ut כָּמוֹנִי *ſicut ego* ; כָּמוֹהוּ *ſicut ille* ; כָּמוֹהָ *ſicut illa* ; כָּמוֹךָ *ſicut tu* &c. כְּמוֹהֶם *ſicut illi* &c. כְּמוֹכֶם *ſicut vos* &c.

(3) אַיֵּה *ubi* ? ſolum affixa nominum adſciſcit , deponitque terminationem ה. ut אַיֵּנִי *ubi ego* ? אַיּוֹ *ubi illa* ? אַיֶּךָּ vel אַיֶּכָּה *ubi tu* ? &c.

§. *II.*

Praepoſitiones cum affixis .

אֶל , עַל , עַד, אַחֲרֵי , *nomen quae affixa repoſcit*

Plurali in numero, affectant; *quibus adjice* תַּחַת .

E X E M P L A.

אֶל *ad*, עַל *ſuper* ; & עַד *uſque ad*, more pluralium nominum capiunt affixa ; mutant praeterea breve punctum in longum analogum ; ut אֵלַי *ad me* , אֵלֶיךָ *ad te* , אֵלָיו *ad eum* &c. ſic עָלַי *ſuper me* , עָלָיו *ſuper eum* &c. Sed cum affixis conſtructis mutant punctum breve in brevіſ-

viſſimum ; ut אֲלֵיהֶם *ad eos*, עֲלֵיכֶם *ſuper vos* &c.

Ita prorſus עַד ; ut עָדַי *uſque ad me*, עָדֶיהָ *uſque ad eam*.

Verum אַחֲרֵי *poſt* eadem affixa ſumit ſine mutatione punctorum, abjecta tantum terminatione (ֵי); ut אַחֲרֶיךָ *poſt te*. &c.

תַּחַת *ſub*, vel *pro* recipit etiam affixa pluralium nominum cum mutatione ultimi (ַ) in Sceva; ut תַּחְתַּי *ſub me* &c. ſed invenitur quoque תַּחְתֵּנִי *ſub me* &c. & תַּחְתָּם *pro eis*.

Sequentes praepoſitiones affixa aeque ac nomen ſingulare recipiunt, eamque ſubeunt punctorum mutationem, quam prae ſe ferunt exempla.

עִם *cum*, עִמִּי *mecum*; עִמְּךָ *tecum* &c. dicitur etiam עִמָּדִי *mecum*.

אֵת *cum*, אִתִּי *mecum*; אִתְּךָ *tecum* &c.

אֵצֶל *apud*, אֶצְלִי *apud me* &c.

נֶגֶד, *coram*, נֶגְדִּי *coram me* &c.

בִּלְתִּי *praeter* abjicit (ִי); בִּלְתִּי *praeter me*; בִּלְתְּךָ *praeter te*; neque cum aliis affixis invenitur.

בַּעֲבוּר *propter*, בַּעֲבוּרִי *propter me*; בַּעֲבוּרוֹ *propter eum* &c.

Ve-

Verum בֵּין *inter* nonnulla etiam, quae nomen plural. affixa recipit; ut בֵּינִי *inter me*; בֵּינְךָ vel בֵּינֶיךָ *inter te*; בֵּינוֹ *inter eum*; בֵּינֵינוּ vel בֵּינוֹתֵינוּ *inter nos*; בֵּינֵיכֶם *inter vos*; בֵּינֵיהֶם vel בֵּינוֹתָם *inter eos*.

בְּעַד *pro*, בַּעֲדִי vel בַּעֲדֵנִי *pro me*; בַּעֲדֵינוּ *pro nobis*: cetera, ut nomen num. ſingularis.

לְמַעַן *propter*, לְמַעֲנִי *propter me*, ſic cetera, ut nomen ſingulare: a Verbo autem habet tantum הוּ; ut לְמַעֲנֵהוּ *propter eum*.

Denique praefixum בְּ *in*, quod praepoſitionis loco in oratione adhibetur, affixa fere ut nomen ſingulare recipit, בִּי *in me*; בְּךָ *in te* maſc. בָּךְ *in te* fem. בּוֹ *in eo*, בָּהּ *in ea*, בָּנוּ *in nobis*, בָּכֶם *in vobis*.

CA-

C A P V T V.

De inveſtigatione Radicis ſive Thematis.

Litterae Radicales.

גַּט חֶסֶד & וַעֲף & קֶצֶר *Thema ſemper obibunt,*

Litterae Serviles.

מֹשֶׁה , וְכָלֵב , אֵיתָן Serviles *inter oberrant.*

M O N I T V M.

In qua vocum parte litterae *Serviles* fiant *Radicales,*

שָׁאֲבַל *in media, aut extrema voce:* מְנֹכָה
In media: at חֲוִי *quit Radicalis ubique*
Vim gerere; utrum ſit, tentando extunditur, an non.

In vocibus Hebraicis, quae verſiculis tum ſuperioribus, tum his poſtremis continentur, litterae tantum ſpectandae ſunt. Itaque in priore verſiculo *Radicales* litterae, in altero *Serviles* recenſentur: nec ſecus accipiendae ſunt voculae his tribus poſtremis verſibus conſignatae. שְׁאַכַל enim quatuor *Serviles* complectitur, quae in media, aut extrema dictione ſi occurrant, vicem Radicalium gerunt: eaedem tamen ſolent in principio quoque dictionis *Radicales* fieri. Porro in voce מִנְכַת *Serviles* quatuor comprehenduntur, quae in media dictione *Radicales* evadunt: at vel initio nonnunquam, aut fine vocum pro Radicalibus habendae ſunt. Denique tres *Serviles* in voce הִוִי tum initio, tum medio, tum fine dictionis fieri *Radicales* poſſunt. Vtrum autem cum hae, tum reliquae *Serviles* non in locis hic certo definitis poſitae, ſint *Radicales* nec ne, id vero eſt, de quo tentando inquiratur neceſſe eſt.

Re-

Regulae inveſtigandae Radicis.

I. *Ut pateat Radix*, Serviles *abjice primum;*
Praeſto eſt actutum; tria ſi tum elementa ſuperſint.

Vt Radix vocis cujuſpiam inveniatur, removendae ab ea ſunt *Serviles* litterae; quibus exactis, ſi tres *Radicales* ſuperſint, hae Radicem conſtituent.

Sic אֶפְקוֹד a Radice פָּקַד ortum ducere patet, abjectis nimirum Servilibus א, & ו.

II. *Si duo tunc ſuperent*, (1) Nun, *vel* Jod *adjice eorum*
Principio; (2) *aut medium* Vau *occupet;* (3) *ultima vel ſe*
He *locet*, (4) *aut geminet ſe ſe altera littera demum.*

Si vero, Servilibus ſummotis, duae tantum Radicales ſuperent, hoc pacto Radix exſiſtet:

(1) Vel enim earum principio נ, aut

(י) additur : ſic אִנֵּשׁ derivatur a Radice נָגַשׁ ; הִצִּיב *ſtatuit* a Radice יָצַב .

Adverte , duobus Verbis יִקַּח , & יִתַּע adjiciendum eſſe ל ; nam prius eſt a Radice לָקַח *accepit* , alterum eſt ab inuſitato לָהַע *commoluit* .

(2) Vel inter eas interjiciendum eſt ו : ita קָמָה proficiſcitur a Radice קוּם : at aliquando interponendum eſt (י) ſic רִירָה eſt a Radice רִיר *fluere* .

(3) Vel earum fini littera ה admovenda eſt: ſic גָּלוּ gignitur a Radice גָּלָה

(4) Vel denique altera earum eſt geminanda : ita מְסִבָּה ortum ducit a Radice סָבַב .

III. *Littera ſi* , *abjectis* Servilibus , *una ſuperſit* ,
Nun *ſibi praeponat* , *aut* Jod ; He *pone ſequatur* ,

Cum autem una Radicalis poſt abjectas Serviles remanet , tunc illi נ , aut (י) praeponendum eſt , ה vero ſuffigendum : ſic יַד progignitur a Radice נָדָה ; & בְּהוֹרֹתוֹ a Radice יָרָה .

IV.

IV. *Si demum abnorme, implexumque quid ingruat, uſus*
Expedit, & cunctis potior ſollertia rebus.

Plures voces in Hebraicis Bibliis occurrunt, quarum forma cum ſit prorſus anomala; earum Radix per ſuperiores regulas haud facile eruitur; at uſu tamen diſcitur. At quiſquis haec ipſa Rudimenta ſollerter pervolutaverit, pluſcula in iis ſparſim inveniet, unde vel harum vocum Radicibus extricandis aditus aperitur.

CAPVT VI.

De Syntaxi Hebraica.

§. I.

De Nominum Conſtructione. Subſtantiva, & Adjectiva.

(1) *Stat* Subſtantivo *quaevis* Adjuncta *praeire;*
(2) *Quae Genus, aut Numerum male jungere ſaepe notabis*
Tum ſe ſe inter; (3) *tum Verbis adjecta regendis:*
(4) *Ingeminans vox res partit;* (5) *minuitque, vel aûget.*

EXEMPLA.

(1) Nomen Subſtantivum uſque praeponitur Adjectivo, Participio, aut Pronomini; ſic בֵּן חָכָם *Filius ſapiens*. Prov. X. 1. Saepe tamen adjectivum praeponitur ſubſtantivo: quod non pauca indicant Scripturarum exempla.

(2)

(2) Adjectivum interdum Genere, aut Numero diſſentit a Subſtantivo, ut אֲדֹנִים קָשֶׁה *Dominatores durus*. Iſ. XIX. 4. Idque apud Latinos quandoque invenias, ut *inſperanti nobis* apud Catul. CIV. *nobis merenti*, in ult. Eleg .Tib. & *praeſente nobis* apud Terent. Eun.

(3) Sic etiam non raro nomen plurale adjicitur Verbo ſingulari : id autem fere fit vel ob rei praeſtantiam, ut Prov. IX. 1. חָכְמוֹת בָּנְתָה *Sapientiae aedificavit ſibi domum* ; vel ob diſtributionem, ut Num. XXXII. 25. וַיֹּאמֶר בְּנֵי גָד & *dixit filii Gad*, h. e. *unuſquiſque filiorum Gad.*

(4) Verum frequentius diſtributio per ejuſdem vocis iterationes deſignatur, ut Iſ. LVIII. 2. & *me* יוֹם יוֹם *die die quaerunt*, h. e. *in ſingulos dies.*

(5) Vocis etiam geminatione augetur res, vel minuitur gradu, quem dicunt Superlativum ; ut רַע רַע *malus malus*, h. e. *peſſimus* ; הַנַּעַר נַעַר *ipſe puer puer*, h. e. *puerulus*. Quod ſi ter vox eadem repetatur, major adhuc orationis vis deſignatur, ut Jer.VII. 3. *Terra, terra, terra audi ſermonem Domini*, hoc eſt, *Terra omnium praeſtantiſſima !*

Adverbium aliquando pro adjectivo uſurpatur; ut דָּם חִנָּם *ſanguis immerito*, h. e. *ſanguis innocens*.

APPENDIX I.

I. Cum duo ſubſtantiva vel diverſae, vel ejuſdem inter ſe ſignificationis copulantur: eorum alterum vicem gerit adjectivi. Geneſ. I. 26. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, h. e. *ſimillimam*.

II. Saepe ſubſtantivum adjectivi locum ſubit Pſ. xxx. 6. *Ecce palmos poſuiſti dies meos*, Vulg. optime *menſurabiles*. Et ad Cor. II. 21. *peccatum* pro *peccatore* accipitur.

III. Ex duobus ſubſtantivis, quorum aliud alio regitur, modo prius, modo quod ſequitur, quandoque utrumvis vim in ſe gerit adjectivi. Gen. VI. 22. *mutationes veſtium* pro *mutatoriis*: ubi ſcite admodum Vulg. *binae ſtolae*. *Vir belli*, pro *bellatore*. Ad Epheſ. IV. 24. *juſtitia & ſanctitas veritatis*, h. e. *vera non fucata ſanctitas*. Hujuſmodi exempla in Scripturis implent utramque paginam.

IV. Particularum ב, ל, מ, מִן cum ſub-

ſubſtantivo conjunctio innuit identidem adjectivum. Pſ. XXIX. 4. *vox Domini in virtute . . in magnificentia*, h. e. *potens*, & *magnifica*. Matth. XXII. 16. *viam Domini in veritate doces*, nempe *veram*. Ita paſſim inſcribuntur Pſalmi *ad confeſſionem*, *ad docendum* &c.

V. Non raro ex ſubſtantivo commode elicitur ſuppreſſum adjectivum & contra. Cant. v. 9. *Quid dilectus tuus* מִדּוֹד *prae dilecto* nim. *alio dilecto*. Gen. XXV. 30. *Da mihi de rufo*, *rufo iſto*: ubi egregie Vulg. *de coctione iſta rufa*.

APPENDIX II.

De numerorum Hebraicorum permutatione pauca omnino ſunt, quae a Grammaticis traduntur, eaque fortaſſe digna quae praetermitterentur; ſed ne ſacrorum voluminum lectores aliquo offendant, ſatis duximus delibanda.

I. Minoris numeri in majorem ſive pluralem: & hujuſce in illum; non rara apud Hebraeos eſt permutatio: Hoc tamen diſcrimine: ut prior ille collectam aliquando multitudinem deſignet: hic

hic vero rei magnitudinem & excellentiam, qua de agit, amplificet. Duplex exemplum duplicem propoſitam rem comprobat. Geneſ. III. 8. *Abſcondit ſe Adam, & uxor ejus . . . . . . in medio* עֵץ *ligni*, nimirum *in medio arborum Paradiſi*. Et, ibid. XIX. 11. *Et eos qui foris ſunt percuſſerunt* (Angeli) סַנְוֵרִים *caecitatibus*, h. e. *denſiſſima caecitate*.

His, ſi grave non eſt, appoſitum velis quod habet Apoſt. Heb. IX. 23. *Neceſſe eſt ergo . . . . ipſa caeleſtia* κρείττοσι θυσίαις παρὰ ταύτας, *melioribus hoſtiis quam iſtis mundari*, ſcilicet *praeſtantiori hoſtia*, Chriſto nempe in Crucem pro nobis acto.

Huc referas nomina אֱלֹהִ, בַּעַל, & אָדוֹן ſive ob perſonae majeſtatem, ſive quod id eſt linguae ingenium plurali numero saepiſſime adhibita: exemplis, quod paſſim ſe praebent, abſtinendum.

Pluralem numerum pro ſingulari, ex ſolo linguae uſu in N.T. admiſſum (licet alicubi non deſit emphaſis) invenias. Id in voce σάββατα liceat cernere. Plurale itidem ad ſignificandum unum e multis eaedem N. T. litterae paſſim objiciunt. Matth. XXVI. 8. *diſcipuli indignati* tradunt

duntur &c. cum unum dumtaxat unguenti effuſio momorderit, & ibid. XXVII. 44. latrones maledicta in Chriſtum ingeſſiſſe referuntur, cum unus illa profuderit.

Regimen.

(1) *Participjs* Regimen *praeſcribitur*, (2) *adjunctiſque;*
(3) *Et ſubſtantivis certa ratione, modoque.*
(4) *Syntaxin ſequitur nonnunquam Hebraea Latinam*
Priſci aevi; pervolgata ut rem tactio *Plauti*.

E X E M P L A.

(1) Participia activa ſervant Regiminis regulam; ut מְשַׂמְּחֵי לֵב *laetificantes cor.* Pſ. XIX. 9.

(2) Adjectiva, quae Latinorum more regerent auferendi caſum, Regiminis etiam modum uſurpant apud Hebraeos; ut חֲגֻרַת שַׂק *accincta ſacco*. Joel. I. 8.

(3) Subſtantivum obnoxium ſolet eſſe Regimini, cum vox conſequitur, cujus ini-

initium ſit littera quaepiam. in dictione שֶׁבְּלֶם comprehenſa ; ut מְקוֹם שֶׁיִּפּוֹל *locus* , *in quo cadet*, pro מָקוֹם Eccl. XI. 3. הָרֵי בַגִּלְבֹּעַ *Montes in Gelboe*, pro הָרִים &c. II. Samuel. I. 21.

Ad Regimen quoque pertinet conſtructio Subſtantivi pro Adjectivo adhibiti ; ut אַדְמַת קֹדֶשׁ *Terra Sanctitatis*, h. e. *ſancta* . Ex. III. 5.

Huc etiam refertur ea loquendi ratio , qua nomen *Deus* ad rerum praeſtantiam ſignificandam adhibetur ; ut אַרְזֵי אֵל *cedri Dei* , hoc eſt *proceriſſimae*, Pſ. LXXX. 11. tum ea , qua ſumitur abſtractum pro concreto ; ut אַשְׁרֵי הָאִישׁ *beatitudines viri* , hoc eſt *beatus vir*. Pſ. I. 1.

(4) Nonnunquam nomen verbale pro Genitivo regit ſui Verbi caſum ; ut דֵּעָה אֶת־יְהוָה *cognitio Dominum* , hoc eſt *Domini*. Iſ. XI. 9.

A P P E N D I X.

Quoniam , qui idiotiſmi in Hebraeorum nominum regimine paſſim occurrunt, ii quidem magna ex parte & Latinam,

&

& Graecam aliquando ſyntaxin imitantur: idcirco ne actum toties agere, cum inter Hebraica potiſſimum verſemur, videamur: peculiares tantum, quos voces אִישׁ, אֱנוֹשׁ *vir*, בַּעַל *Dominus*, בֵּן *filius*, & בַּיִת *domus* dant, perſequemur.

Itaque 1. nuſquam non ſe objiciunt hujuſmodi locutiones *vir belli*, *ſanguinum*, *dolorum*, *mortis*, *rixae*, *Dei* &c. pro *bellicoſo*, *ſanguinolento*, *doloribus confecto*, *reo mortis*, *rixoſo*, *interiore Deo afflato*. &c. 2. *Domina Pythonis*, *Domini foederis Abram* Geneſ. XIV. 13. *Domini excelſorum*, *Dominus diſſipationum*; pro *Pythoniſſa*, pro iis, qui cum Abram foedus iniverant, *incolis*, *prodigis* &c. 3. *cornu filius olei* eſt *clivus uberrimus*, *filius mortis*, eſt *illa dignus*. *Agnus* . . . *filius anni* pro eo, qui annum non exceſſerit; *filii populi mei* h. e. *cives*. *Filia Sion*, *filia Jeruſalem*, pro *incolis*. Matth. IX. 15. *filii ſponſi* ſunt illius familiares. *Filiae Cantici* aures ſunt illud excipientes: 4. denique *domus ſervitutis* eſt locus, in quo Iſraelitae ſervitio preſſi ingemebant. *Domus ani-*

mae

mae apud Iſai. III. 21. ſunt pyxides olfactoriae &c:

Ex duobus ſubſtantivis, quorum alterum in regimine eſt: unum aliquando abundat, ut poſterioris dumtaxat ſignificatio ſit attendenda. Hujuſmodi ſexcenta ſe praebent exempla, in *facies*, ut *facies abyſſi* nempe *abyſſus*. In *os*, ut *in ore gladii* pro *gladio*. In *filius*, ut *filii hominum* pro *hominibus*. In *nomen* ut *nomen Dei Jacob* pro *Deus Jacob*. In *manus*, *medium*, *verbum*, *vox*, *dies* &c.

Aliquando modo quod regit, modo quod regitur, deficit. Hujuſmodi defectum ſive ellipſin in utroque Teſtamento liceat agnoſcere in certis quibuſdam vocibus, cujuſmodi ſunt *vir*, *Domus*, *pater*, *mater*, *filius*, *frater*, *uxor* &c. Vt *cognatio noſtra eſt* Ruth III. 2. ſcil. *vir cognationis noſtrae*. Eἰς ᾅδȣ *in inferni* ſup. οἶκον domum. Ita *ex ea quae fuit Vriae*. *Jacobus Zebedei*, *Maria Jacobi*, *Judas Simonis*: *uxorem*, *filium*, *matrem*, *fratrem* &c. ſubauditum innuunt.

Ellipſis vocis *filii*, ut id obiter moneam, perpetua eſt in Genealogia Chriſti Luc. III. 23. niſi quod, *qui fuit*

fuit Heli v. 23. ſubintellectum habet *generum*, ut ſit *qui fuit gener Heli*: non enim Joſeph, ſed Mariae hic texitur genus. Et v. 38. in illo *Adam qui fuit Dei*, neceſſario ſubauditur *creatura*, ut ſit, *qui fuit creatura Dei*.

Relativa, & Suffixa.

(1) *Saepe Relativum deeſt; (2) ac Suffixa redundant.*

E X E M P L A.

(1) Relativum אֲשֶׁר *qui*, *quae*, *quod* nonnunquam omittitur; ut *populus* לֹא־יָדַעְתִּי *non cognovi*, hoc eſt quem non cognovi, *ſervivit mihi*. Pſ. XVIII. 44. Aliquando cum Relativum, tum ſubſtantivum antecedens deſiderantur; ut *afferetis Arcam Domini Dei Iſrael* אֶל־הֲכִינוֹתִי לוֹ *ad paravi ei*, hoc eſt *ad* locum, quem *paravi ei*. 1. Paral. XV. 12.

At interdum particula שָׁם *ibi* additur ſupervacue poſt Relativum, quod locum refert: ut *eruam eas ex omnibus locis*, אֲשֶׁר־נָפֹצוּ שָׁם *quibus diſperſae fuerunt illic.* Ezech.

Ezech. XXXIV. 12.

(2) Saepe poſt Relativum Suffixum etiam additur, quod redundat; ut *ſicut gluma*, אֲשֶׁר תִּדְּפֶנּוּ *quam projicit eam ventus*. Pſ. I. 4.

Itidemque affixum redundat poſt aliud nomen; ut יְהוָה בַּשָּׁמַיִם כִּסְאוֹ *Domini in Caelo* (eſt) *ſedes ejus*. Pſ. XI.

Adhibentur vero affixa pro reciprocis, quibus Hebraei carent; ut *fecerunt ſibi conflatile* מַסֵּכָה *ex argento eorum*, h. e. *ſuo*. Oſ. XIII. 2.

Atque hic abs re non erit adnotare, Pronomina eleganter dandi caſu tum nominibus, tum Verbis addi. Sic Oſ. VIII. 9. פֶּרֶא בּוֹדֵד לוֹ *onager ſolitarius ſibi*: & Gen. XXII. 2. לֶךְ־לְךָ *vade tibi*.

Comparationes.

(1) *Quas praefert res affirmat, dum comparat Heber,*
Deteriuſque negat; (2) *verba aut graviora cooptat*;

EXEM-

E X E M P L A.

(1) In Comparationibus rem, quam praeferunt, affirmant Hebraei, alteram negant: ut *miſericordiam volo*, וְלֹא־זָבַח *& non ſacrificium*. Oſ. VI. 6. h. e. *magis miſericordiam volo, quam Sacrificium.*

(2) Vel vehementius adhibent verbum; ut *& dilexi Jacob, Heſau autem* שָׂנֵאתִי *odio habui*, h. e. *magis Jacob dilexi, quam Heſau*. Malac. I. 2.

Vel uſurpant vocem *omnis* pro *ſummo*, aut *praeſtantiſſimo*; ut *verumtamen* כָּל־הֶבֶל omnis vanitas *omnis homo vivens*, h. e. *ſumma vanitas*. Pſalm. XXXIX. 6. *Deum time, & mandata ejus ſerva, nam hoc eſt* כָּל־הָאָדָם *omnis homo*, h. e. *praeſtantiſſimus homo*. Eccl. XII. 13.

Omittitur aliquando particula comparativa; ut צוּף דְּבַשׁ favus mellis *verba compoſita*, h. e. *ceu favus*.

§. *II.*

De Conſtructione Verborum .

I. [1] *Res Verbum regit & perſonas more Latino;*

[2] *Particulis vel praepoſitis* Beth , Lamed , אֶל , עַל , אֵת .

E X E M P L A.

(1) Hebraea Verba res , & perſonas regunt , vel more Latinorum ſine particulis ; ut *extolle contente* קוֹלֵךְ *vocem tuam*. Iſ. XL. 9.

(2) Vel cum particulis ב ; ל , אֶל , אֵת , עַל ; ut *apprehende* בַּמּוּסָר *diſciplinam*. Prov. IV. 13. *& vocate* לַמְקוֹנְנוֹת *lamentatrices*. Jerem. IX. 16. *& arceſſivit* אֶל אִישָׁהּ *virum ſuum*. II. Reg. IV. 22. *& dilexit* עַל־מְאַהֲבֶיהָ *amatores ſuos* . Ezechiel. XXIII. 5. כַּבֵּד אֶת־אָבִיךָ *honora patrem tuum*. Exod. XX. 12.

Haec particula אֵת invenitur etiam cum Nominativo Verbi Paſſivi ; ut יֵחָלֵק אֶת־הָאָרֶץ *dividetur terra*. Num. XXVI. 55.

55. quod alibi adnotavimus. Aliquando vel cum Nominativo, quo Verbum regitur Actívum, aut Neutrum, etſi raro, occurrit; ut וּבָא הָאֲרִי וְאֶת־הַדּוֹב *& venit leo & urſus*. I. Sam. XVII. 34.

Interdum particula ל infinito poſt aliud, Verbum adjungitur; ut וְאַל־תִּתְאָו לִהְיוֹת אִתָּם *neque aveas eſſe cum illis*. Prov. XXIV. 1.

II. (1) *Ipſa quoque aut Numero diſcordant nomine Verba;*
Aut Genere; (2) Inque vicem uſurpantur Tempora paſſim.

E X E M P L A.

(1) Ipſa Verba diſſident a nomine interdum; vel numero; ut חַיָּתְךָ יָשְׁבוּ־בָהּ. *animal tuum habitabunt in ea:* Pſ. LXVIII. 11. & יְהִי מְאוֹרֹת *ſit luminaria*; Gen. I. 14. vel Genere; ut הֵבִיא שִׁפְחָתְךָ *attulit ancilla tua*, pro הֵבִיאָה. I. Sam. XXV. 27.

(2) Temporum, & Modorum Enallage frequens eſt; alius enim adhibetur pro alio. Sic Praeteritum pro Futuro, & contra, etiam ſine ו *converſivo*; vel pro praeſente; id quod paſſim occurrit.

 Infi-

Infinitus etiam uſurpatur pro praeterito, ut Pſalm. VIII. 2. תְּנָה *ponere*, pro *poſuiſti*; vel pro Futuro, ut Levit. VI. 7. הַקְרֵב *offerre*, pro *offerent* &c.

Temporum autem ſequentium ſignificatio ſaepe determinatur per Tempus praecedens: Sic Iſ. VI. 2. Futura יְעוֹפֵף & יְכַסֶּה exponenda ſunt *volabant* (*Seraphim*) & *tegebant*; nam Benoni praecedit, שְׂרָפִים עוֹמְדִים *Seraphim ſtantes*.

Tertia perſona Verborum, quum nullo regitur Nominativo, effertur impersonaliter; ut וְאָמַר בַּיּוֹם הַהוּא *& dicetur in die illa*. Iſ. XXV. 9.

§. III.

De Conſtructione Dictionis.

Particulae negantes.

(1) *Particulas Verbis temere ne junge negantes;*

(2) אַל *autem admoveas, &* פֶּן ne forte *Futuro*.

(3) אִם ſi *ſaepe negat, cum quis jurando profatur*.

EXEM-

E X E M P L A.

(1) Particulae בִּלְתִּי , בַּל , בְּלִי , אֵין , לֹא *non*, certis Verborum Temporibus, modiſque junguntur. לֹא praeponitur Temporibus cunctis, Modiſque, Imperativo excepto; אֵין vero Participio; ut תֶּבֶן אֵין נִתָּן *palea non data*. Exod. V. 16.

Hic adnotare ex uſu eſt, negationes לֹא atque אֵין praepoſitas voci כֹּל *omnis* exponendas eſſe *nullus*; ut לֹא יִקַּח הַכֹּל *non ſumet omnia*, hoc eſt *nulla* ſive *nihil ſumet*, Pſ. XLIX. 18.

Reliquae tres particulae praeterito, & futuro conjunguntur.

(2) Praeponuntur quoque futuro tum אַל *ne* particula dehortandi, & deprecandi; ut אַל תְּיַגַּע *ne fatiges*. Joſ. VII. 3. tum פֶּן *ne forte*, פֶּן־יִשְׁלַח *ne forte extendat*. Gen. III. 22.

Porro negatio antecedentis ſententiae, ſaepe ad ſequentem extenditur; ut *non receſſit retro cor noſtrum* וַתֵּט אֲשֻׁרֵינוּ & *declinavit greſſus noſter a viis tuis*, h. e. *& non declinavit*. Pſ. XLIV. 19.

(3) אִם *ſi* eſt particula conditionalis;

quae tamen in juramentis adhibita ſaepe negat ; ut *vivit Dominus* אִם ſi *erit ros* , *vel pluvia* , h. e. *non erit ros* , *neque pluvia* . I. Reg. XVII. 1.

In ejuſmodi autem jurandi formulis ſaepe per Apoſiopeſin ſubauditur *peream*, *diſpeream* , aut quid ſimile , ut Latinis mos eſt ; nam hujuſmodi verbis abhorrent Hebraei ; ut *quibus juravi in ira mea* אִם־ ſi *introibunt in requiem meam*, hoc eſt *diſpeream* , *ſi introibunt* &c. Pſal. XCV. 11.

Praepoſitiones .

(1) אֶל ad , in , ex , cum , *uſurpat*; [2] *quae & ſibi vindicat* אֵת cum , Per *quoque* , *& adverſum* ; [3] עַל *eadem non reſpuit* ; [4] *ac* בְּ . [5] מִן *cum Infinito vim ſervat ſaepe negandi* .

E X E M P L A .

[1] Praepoſitio אֶל *ad* uſurpatur etiam pro *in*, *cum*, *ex*, *ſuper* ; ut *ſepelite me* אֶל־ cum *patribus meis* אֶל־ in *ſpelunca* . Gen.

Gen. XLIX. 29. *Tu exaudies* אֶל־מְקוֹם e loco *habitationis tuæ*. I. Reg. 30. *Conſilia, quae cogitavit Dominus* אֶל־אֱדוֹם *ſuper Edom*. Jerem. XLIX. 20.

[2] Particula אֶת, quae communiter accuſandi caſum deſignat, adhibetur quoque pro *ab*, *ex*, *cum*, *ad*, *adverſum*, *per*; ut *Confractus ſum* אֶת־לִבָּם *a corde eorum*. Ezech. VI. 9. *Aedificavit* אֶת־הָאֲבָנִים ex lapidibus *altare*. I. Reg. XVIII. 32. אֶת־מִי cum quo *inivit conſilium*? Iſ. XL. 14. *Acceſſit David* אֶת־הָעָם *ad populum*. I. Samuel. XXX. 21. *In tempore anguſtiae* אֶת־הָאֹיֵב *adverſus inimicum*. Jerem. XV. 11. *Poſſedi hominem* אֶת־יְהוָה *per Deum*. Gen. IV. 1. item pro dandi caſu; ut אֶת־מִי cui *annuntiaſti*? Job. XXV. 4.

Aliquando ſignificat pronomen *hic*; ut *Nonne* אֶת־הַדְּבָרִים *haec* (*ſunt*) *verba*? Zac. VII. 7.

[3] Praepoſitio עַל *ſuper* accipitur item pro *apud*, *adverſum*, *ad*, *cum*, *in*, *pro*, *ob*, *eo quod*, *coram*, *ab*; ut *Spiritus Dei incubabat* עַל־פְּנֵי ſuper faciem *aquarum*. Gen. I. 2. *Caſtrametantes* עַל־הַיָּם *juxta mare*. Ex. XIV. 9. *Murmuraverunt* עַל־מֹשֶׁה *contra Moſen*. Num. XIV. 2. *Aſcendit* עַל־

עַל־ ad *tonſores ovium ſuarum*. Geneſ. XXXVIII. 12. *Non poſuit eos* אֶל־צֹאן cum grege *Laban*. Gen. XXX. 40. *Pones ea* עַל־סַל in caniſtro *uno*. Ex. XXIX. 3. *Offeret* עַל־ pro *peccato ſuo*. Lev. IV. 3. עַל־הַר propter montem *Sion*. Thren.V. 18. עַל eo quod *non iniquitatem fecerit*. Iſ. LIII. 9. עַל־אֲדוֹן coram Domino *univerſae terrae*. Zach. VI. 5. *Vna* עַל־שְׂמֹאלָהּ *a ſiniſtra illius*. Zach. IV. 3.

[4] Praefixum בְּ *in* ſumitur itidem pro *ex*, *de*, *ad*, *cum*, *ob*, *ſuper*, *contra*, *per*; ut *Fecit labrum aeneum*. . . . בְּמַרְאֹת e ſpeculis *excubantium mulierum*. Exod. XXXVIII. 8. *Quod ſupereſt* בַּבָּשָׂר de carne . . . . *igni combureti*s. Levit. VIII. 32. בֵּאלֹהֶיךָ ad Deum tuum *reverteris*. Oſ. XII. 7. *Etiam* בָּנוּ nobiſcum *locutus eſt* (*Dominus*.) Numer. XII. 2. *Serviam tibi ſeptem annis* בְּרָחֵל *ob Rachel*. Gen. XXIX. 18. *Onus* בַּעְרָב *ſuper Harabiam*. Iſ. XXI. 13. *Manus ejus* בַּכֹּל *contra omnes*. Gen. XVI. 12. *Jurate mihi* בַּיהוָה *per Dominum*. Joſ. II. 12.

[5] Particula מִן praefixa Infinito, cum quo conſtituit Gerundium in *do*, ut alibi diximus, fere exponitur per negatio-

nem

nem: *Me ſpreverunt* מִמְּלֹךְ a regnando [h. e. *ne regnem*] *ſuper eos*. I. Sam. VIII. 7.

Nec ſecus videtur aliquando exponenda vel praefixa nominibus; ut *Vaſtata eſt* [*Tyrus*] מִבַּיִת מִבּוֹא *ne* (*ſit*) *domus*; *ne introeatur*. Iſ. XXIII. 1.

Particula conjunctiva, cauſalis, & ſimilitudinis.

[1] Nam, ſed, uti, idcirco, ergo, aut
fert Vau copula vocum.
(2) כִּ quia, ſed, tantum, ut, quando,
etſi, (3) *Infinitumque*
Deſignat. (4) כְּ velut, poſtquam,
vel quando *reponit*.

E X E M P L A.

(1) Particula conjunctiva וְ *&* fungitur etiam vicem conjunctionum *nam*, *ſed*, *uti*, *idcirco*, *ergo*, *vel*; ut *Ecce tu iratus es*, וַנֶּחֱטָא *nam peccavimus*. Iſ. LXIV. 5. *An proferemus verbum ad te? aegre feres*: וַעְצֹר ſed cohibere *ſermonem quis poterit?* Job. IV. 2. *Vir perverſus immittet litem*, וְנִרְגָּן uti ſuſurro *ſeparat duces*.

duces. Prov. XVI. 28. *Quod eum amaret pater eorum prae cunctis fratribus ejus*, וַיִּשְׂנְאוּ *idcirco odio babebant eum*. Geneſ. XXXVII. 4. *Ecce ſomniator ille venit:* וְעַתָּה igitur nunc *venite*, & *occidamus eum*. Ibid. 19. 20. *Maledicens patri ſuo*, וְאִמּוֹ *vel matri ſuae*. Exod. XXI. 17. quod ita a Matthaeo quoque redditur XV. 4. κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, *maledicens patri, vel matri*. Nonnunquam adhibetur pro *ſi*: וְאָמְרוּ־לִי ſi dicent mihi, *quod (eſt) nomen ejus, quid dicam eis?* Exod. III. 13. pro *tamen*; ut *Formicae populus invalidus*, וַיָּכִינוּ tamen parant *in aeſtate cibum ſuum*. Prov. XXX. 25. & pro *ſic*; *Sicuti tranſit turbo*, וְאֵין ſic non [*erit*] *impius*. Prov. X. 25.

[2]. Particula cauſalis כִּי *quia*, valet etiam *ſed*, *tantum*, *ut*, *quando*, *etſi*; ut *Non moriar*, כִּי ſed *vivam*. Pſ. CXVIII. 17. *Et dixit:* כִּי tantum *ſit pax*, & *veritas in diebus meis*. Iſ. XXXIX. 8. *Quae (eſt) forditudo mea*, כִּי ut *ſuſtineam?* Job. VI. 11. כִּי quando *coles terram*, *non addet dare fructum ſuum tibi*. Gen. IV. 12. *Confitebor tibi Domine*, כִּי quamvis *iratus fuiſti contra me*. Iſ. XII. 1. Aliquan-

quando uſurpatur pro *num* ; ut כִּי־יֹאמַר num dicet *opus factori ſuo?* Iſ. XXIX.16.

[3] Eſt etiam haec particula nota Infiniti, non ſecus ac אֲשֶׁר, aut שֶׁ, quemadmodum apud nos italos *che* ; ut *Cognovi*, כִּי quod *metuens Dei tu es*. Gen. XXII. 12. Quae particulae aliquando ſubaudiuntur ; ut יֵדְעוּ גוֹיִם אֱנוֹשׁ הֵמָּה *cognoſcent gentes* [quod] *homo ſint ipſae*. Pſ. IX. 21.

[4] Quum duae res comparantur, utrique praefigitur particula כְּ *ſicut*; tumque cum priore *ſicut*, cum altera vero *ita* ſignificat ; ut כַּקּוֹנֶה כַּמּוֹכֵר ſicut *emptor*, ita *venditor* . Iſ. XXIV. 2.

At ſi praefigatur particulae שֶׁ, ut fiat adverbium כְּשֶׁ, ſignificat *quando* ; poſcitque Dagheſc forte in littera ſequente ; ut כְּשֶׁסָּכָל הֹלֵךְ *quando ſtultus graditur*. Ec. X. 3. *Quando* quoque ſignificat, aut *poſtquam* quum praefigitur infinito ; ut כְּכַלּוֹת quando deſiverunt *moderatores loqui*. Deut. XX. 9.

Denique dictiones illae *in aeternum*, *in ſaeculum*, *in generationem & generationem*, *non ultra*, & ſimilia, interdum non aeternitatem, ſed diuturnum tempus ſignificant.

CA-

CAPVT VII.

De Numeris Hebraeorum.

Numeratio per Litteras.

Monades		*Decades*		*Centen.*		*Millen.*	
א	1	י	10	ק	100	א̈	1000
ב	2	כ	20	ר	200	ב̈א	2000
ג	3	ל	30	ש	300	ג̈א	3000
ד	4	מ	40	ת	400	ד̈א	4000
ה	5	נ	50	ך	500	ה̈א	5000
ו	6	ס	60	ם	600	ו̈א	6000
ז	7	ע	70	ן	700	ז̈א	7000
ח	8	פ	80	ף	800	ח̈א	8000
ט	9	צ	90	ץ	900	ט̈א	9000

Alii

Alii Numeri demum, quum per ſolas litteras fit numeratio, componuntur adjiciendo Monadicum Denariis, Centen. & Millen. ut יא 11. כא 21. קא 101. אא 1001. & ſic deinceps.

Sed Hebraei pro יה 15. uſurpant טו, ne nomen Divinum יָה quodammodo profanetur.

De Numeris cardinalibus.

Tab. I.

Gener.	*Femin.*	*Generis*	*Maſc.*	
Reg.	Abſol.	Regim.	Abſolut.	
אַחַת	אַחַת	אַחַד	אֶחָד	1
שְׁתֵּי	שְׁתַּיִם	שְׁנֵי	שְׁנַיִם	2
שְׁלֹשׁ	שָׁלֹשׁ	שְׁלֹשֶׁת	שְׁלֹשָׁה	3
אַרְבַּע	אַרְבַּע	אַרְבַּעַת	אַרְבָּעָה	4
חֲמֵשׁ	חָמֵשׁ	חֲמֵשֶׁת	חֲמִשָּׁה	5
שֵׁשׁ	שֵׁשׁ	שֵׁשֶׁת	שִׁשָּׁה	6
שְׁבַע	שֶׁבַע	שִׁבְעַת	שִׁבְעָה	7
שְׁמֹנֶה	שְׁמֹנֶה	שְׁמֹנַת	שְׁמֹנָה	8
תְּשַׁע	תֵּשַׁע	תִּשְׁעַת	תִּשְׁעָה	9
עֶשֶׂר	עֶשֶׂר	עֲשֶׂרֶת	עֲשָׂרָה	10

Nu-

Numeri ab 11. ad 19.

עַשְׁתֵּי עָשָׂר vel אַחַד *undecim* maſcul. שְׁנֵים עָשָׂר *duodecim* maſc. שְׁלשָׁה עָשָׂר *tredecim* maſc. atque ita porro nectuntur Numeri cardinales reliqui maſc. ſtatus abſoluti cum עָשָׂר *decem* ; quum Numeri maſc. generis ſunt exprimendi .

Feminini generis vero : עַשְׁתֵּי vel אַחַת עֶשְׂרֵה *undecim* Femin. שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה *duodecim* Fem. & שְׁלשׁ עֶשְׂרֵה *tredecim* ; & ſic deinceps Numeri cardinales fem. generis regimini inſervientes junguntur voci עֶשְׂרֵה *decem* : qui omnes & maſc. & fem. generis tum ſtatui abſoluto , tum regimini inſerviunt .

[1] Advertas velim, duorum Numerorum שְׁנַיִם שְׁתַּיִם, cum conjunguntur aliis Numeris , terminationem ַיִם coaleſcere in ֵים ut שְׁנֵים עָשָׂר &c. uti modo vidimus: cum aliis autem nominibus , aut ם elidi a contracta terminatione ֵים ; ut , שְׁנֵי אֲנָשִׁים *duo viri* , aut ַיִם nihil mutari ; ut שְׁנַיִם אֲנָשִׁים .

(1) *Hoc* Numerus *cardo reliquorum poſcit*

ſcit Hebraeus ,
Vt Tres , *atque* Decem , *&* *medii bis ſemella putentur:*
Femineum eorumdemque Genus quaſi maſcula proles
Deſinat: (2) *utque minor pluralibus adnectatur*
Nominibus : (3) *Numeris majoribus inſuper ante-*
Cedat qui minor eſt , cum una componier uſus .

E X E M P L A.

[1] Apud Hebraeos Numeri maſcul. generis a *Tribus* ad *Decem* uſque femininâ , quique feminini ſunt generis , maſculinâ deſinunt terminatione , ut שְׁלשָׁה maſc. *Tres* ; שָׁלשׁ Fem. שִׁשָּׁה maſc. *Sex* ; שֵׁשׁ Fem.

[2] Singularis Numerus Subſtantivis pluralibus copulatur; ſic חָמֵשׁ שָׁנִים *Quinque anni* ; contra vero plurales Numeri cum ſubſtantivo ſingulari conjunguntur ; ut חֲמִשִּׁים שָׁנָה *Quinquaginta annus* ; pro *anni* .

[3] Numeri minores in compoſitione

potiſ-

potiſſimum majoribus praeponuntur ; 'ut אַחַד עָשָׂר *unus decem*, hoc eſt *undecim* &c.

Numeri Cardinales reliqui .
Tabula II.

אַרְבָּעִים	שְׁלֹשִׁים	עֶשְׂרִים
Quadraginta	Triginta	Viginti
שִׁבְעִים	שִׁשִּׁים	חֲמִשִּׁים
Septuaginta	Sexaginta	Quinquag.
מֵאָה	תִּשְׁעִים	שְׁמוֹנִים
Centum	Nonaginta	Octoginta
אֶלֶף	מֵאוֹת	מָאתַיִם
Mille	Pluries cent.	Biſcentum
רְבָבָה	אֲלָפִים	אַלְפַּיִם
Decem mill.	Pluries mill.	Bis mille
רִבּוֹתַיִם	רִבּוֹ	רִבּוֹא
Bis decem millia	Decem millia	Decem millia
Hi commu-nis ſunt generis in infinitum	רִבְבוֹת vel in regimine	רְבָבוֹת Pluries decem millia

Nu-

Numeri Ordinales Maſculini

Tabula III.

שְׁלִישִׁי Tertius	שֵׁנִי Secundus	רִאשׁוֹן Primus
שִׁשִּׁי Sextus	חֲמִישִׁי Quintus	רְבִיעִי Quartus
תְּשִׁיעִי Nonus	שְׁמִינִי Octavus	שְׁבִיעִי Septimus
		עֲשִׂירִי Decimus

Feminini.

שְׁלִישִׁית Tertia	שֵׁנִית Secunda	רִאשׁוֹנָה Prima

O At-

Atque ita porro addendo ת maſculinis: qui numeri feminini Verbis conjuncti vicem Adverbii gerunt ; ut *& reſpondi* שֵׁנִית *ſecundo*. Zach. IV. 12.

Vltra decem, ordinalis Numeri vicem fungitur Numerus cardinalis; ut אַחַד עָשָׂר. *undecim* & *undecimus* &c. עֶשְׂרִים *viginti*, & *viceſimus* ; atque ita deinceps.

Coronis.

Quidquid Grammaticae tractus complectitur omnis,
Hebraei ſermonis tantum elementa docentis
Hactenus. Haec ſat erunt tironibus. Abſona multa bis ;
[Ecquis enim finis, ſi quodque abnorme notetur ?]
Atque alia occurrent, quae ſollers edocet uſus.

PRAEMONENDA

Ad Poëſin Hebraeorum.

Quaeſitum jamdiu eſt, quodnam Carmi-

minum genus illud ſit , quod tum integri Scripturarum libri , tum disjectae hinc inde laciniae, in legentium aures leniter videntur ingerere. Hujus quidem quaeſtionis duplex per ſapientiſſimos viros, idque diverſum , perlatum eſt judicium . Alii enim, poëſin illic Greca Latinaque non abſimilem, pari illigatam pede metroque, pari decurrentem verſu non ſolum in oculos incurrere , ſed tentanti etiam palam ſe prodere decrevere. Aliis in alia omnia abitum eſt. Alterius quidem partis Hieronymus ſe monſtrat patronum , qui arreptam a Philone , Joſepho, Origene, atque Euſebio Caeſaraeenſi ſententiam tanta fiducia propugnavit, ut ad illorum teſtimonia identidem provocare non dubitaverit; ubi quis a ſe productis in medium argumentis nollet adquieſcere .

Longi ſane laboris eſſet , & a libelli modulo prorſus alieni, quae ſparſim ille in hanc rem diſſeruit , quaeque aliunde corraſit huc convehere . Satis eſto nonnulla tantum , quae in ad Chronicon Euſeb. praefatus fuit,& in Ep. ad Paullam perſcripſit, heic compendifacta proferre .

Illic igitur Pſalterium, in morem noſtri Flacci & Graeci Pindari, nunc Jambo currere, nunc Alcaico perſonare, nunc Sapphico tumere, nunc ſemipede ingredi. Deuteronomii, & Iſaiae cantica, Salomonis proverbia, ipſum Jobi librum verſibus impariter junctis incluſa, Joſephum, & Origenem ſequutus, praedicat. Heic vere Pſ. CXI. CXII. CXIX. & CXLV. (juxta Hebraeos) quibus quatuor praefiguntur alphabeta; partim trimetro, partim tetrametro affirmat intertextos: Jeremiae itidem lamentationes quatuor & ipſas inſcriptas alphabetis, Sapphico metro, (tertia dumtaxat trimetro innexa) intumentes; Proverbia Salomonis qua parte Alphabeto clauduntur tetrametris; Jobi librum hexametris confictum ab eo loci: *pereat dies*, ad, *idcirco ipſe me reprehendo*, pronuntiat.

Verum alii in ea verſantur ſententia, ut cenſeant Doctoris ſanctiſſimi verba benigna eſſe interpretatione mollienda. Illum enim quandam potius ſimilitudinem cum Graecis Latiniſque carminibus, im moroſam illam ſyllabarum quantitatem, certaque tempora, in quae pec-

care

care nefas, illic agnoviſſe ſtatuunt : rimatiſque penitius verbis & ſententiis, quas ille, in iis locis ubi haec pertractavit, paſſim interſperſit, perfacile ſibi inde colligere videntur S. Doctoris mentem a ſua non eſſe alienam.

Nimirum Jobi Librum, quem hexametris perſonare dixerat S. Doctor : illos crebro recipere pedes alios propter linguae idioma ibidem ſubdiderat. Et Deuteronomii Canticum quod hexametro ſimul & pentametro in Praef. ad Chron. Euſeb. compactum propoſuerat : in Epiſt. ad Paullam tetrametro Jambico elaboratum teſtatus eſt. Huc accedat, quod ut ut Flacci carmina, ad quae Hebraicum exigit Hieronymus, legitimo procedant pede; Pindari tamen non ita ſunt inſtructa, ut a Jambica, Alcaica, aut Sapphica (quod illa perlegenti patet) lege non deflectant. Placeat igitur ita rem conficere: Hieronymum, Hebraicam poëſin Graecae Latinaeque ita feciſſe parem, ut, pares illa numeros modoſque, non pari tamen pedum menſura contentos, imitetur. Quod ſi hexametra aut pentametra aut aliud quidvis in V.T. canticis deprehendantur;

ea quidem fortuito ab auctoribus effluſa putandum eſt.

Quas modo Doctorum virorum in D. Hieronymi placita protulimus animadverſiones non eae illae quidem ſunt, ut rem prorſus faciant indubiam. Illis tamen ſi aliunde praeſidium acceſſerit majorem ſibi adjicient firmitatem. Petendum ab Auguſtino Steucho Eugubino illud eſt Praef. in Pſ. cujus nos verba utpote prolixiora in ſummam redacta exhibemus. I. Hebraicum carmen Etruſci ritu fluere, ſimilitudinemque cadentium ſyllabarum ut in Italico ſequi. II. Nulli illic ſpondaei dactilique: quos ſi illic alioſque Hieronymus & Auguſtinus agnoverint, noveris non illos preſſe pedes, ſed ſimile quiddam deſignari. III. Nihil illic quam numeroſa oratio; quae a communi dicendi genere, verborum ſententiarumque ornamentis, ut plurimum recedit. Quae cum ita ſint non improbanda jure nobis videtur Scaligeri ſententia, *Hebraicam Poëſin in mere ſoluta oratione charactere poetico animata*, ſtatuentis.

DE

DE POESI HEBRAEORVM.

Priſca Chelys, Rubri qua Moſes ae-
quoris undas,
Dum ſe collidunt Aegypti fraude
frementes,
Mulſit; quamque puer, Goliath qui
contudit auſus,
Pulſabat, Regiſque levat praecordia
larvis
Percita, conticuit patriae perculſa
ruina,
Gentiſque (hei miſeris!) & clade
intercidit una.
Hinc aliam longo poſt tempore dulce
laborum
Solamen citharam Iſacidum inſtruxere
Magiſtri;
Oblitique modos priſcos nova pange-
re ritu
Carmina curavere novo. Hoc quoque
noſcere paucis
Scribendi genus hic poterit ſtudioſa
juventus.

Vetus Hebraeorum Poëſis, qua Moſes, David, aliique, quos Sacra Scriptura memorat, claruerunt, cum clade Iſraëlitarum peſſum ivit. Nova prorſus eſt, quae modo apud Hebraeos uſurpatur, & Rabbinorum inventum. Hanc ipſam pangendorum Hebraicorum carminum novam rationem, ne quid in hiſce Rudimentis deſideretur; paucis expediemus.

§. I.

De Metro.

(1) *Bino hemiſtichio modo claudit carmen*
Hebraeus,
Vt Latii Vates Elegos: (2) *ſed tendere greſſus*
Non pede eodem juſſit. Namque Moloſſus, Iambus,
Spondeus quoque Bacchiuſque, & Creticus, aegrae
Vt gentis luctu par eſt, molimine tardo
Carmen agunt. (3) [illegible] *ue &*

(1)

(1) Hebraei Poëtae duobus verſibus, quae nos vocamus hemiſtichia, ſententiam complectuntur, quemadmodum apud Latinos Elegiaci conſueverunt: quapropter primum quodque hemiſtichium cum altero, diſtichon appellari poſſet.

(2) Pedes, quos compingendis verſibus adhibent, ſunt praeter Jambum Spondeus, Moloſſus, Bacchius, & Creticus ob ſyllabarum longarum frequentiam tardiuſculi.

(3) Puncta omnia, praeterquam quatuor breviſſima, longa putantur. Quare לְךָ *tibi* eſt Jambus: סֵפֶר *liber* Spondeus: כַּפַּיִם *manus* Moloſſus: דְּבָרִים Bacchius: עַבְדְּךָ *ſervus tuus* Creticus.

Tamen ו in principio dictionis, dum non ſequatur Sceva, cenſetur breve; ut וּמָה *& quid?*

Hic adnotes velim, Sceva vel poſt vocalem longam metri cauſa ſileri poſſe; mobile vero fieri, ſi opus ſit, vel poſt brevem; ut מֹאזְנֶיךָ *mozneca*, pro *mozeneca*, *lances tuae*; תִּהְיֶה *thieje*, pro *thije*, *eris*.

Denique Sceva compoſitum, ut ſit [illegible] ſim-r.

ſimplex & mutum, reſolvi poſſe; ut נַעֲשָׂת, pro נַעֲשָׂה, *factum eſt*.

§. II.

De Rhythmo.

Praeterea numero, ſimilis quem clauſula gignit,
(Nempe ſono ſimili quum verba cadentia verſus
Claudunt) Rabbini ſe oblectavere canentes.

Numerus, qui ex clauſulis verſuum ſono ſimili ob eaſdem vocales, litteraſque deſinentibus exſiſtit, ab Hebraeis in eorum canticis adhibetur. *Rhythmum* Graeci appellant: Hebraei חָרוּז *Torquem*, unde שִׁיר חָרוּז *carmen Rhythmicum* nomen invenit. Tribus autem modis uſurpatur.

I. Prior inſuavis eſt, nihilque fere artis obtinet; nam ſolae litterae ſive una, ſive plures, Punctis diſcrepantibus, in verſuum clauſulis conveniunt; ut

דבר

דָּבָר , דֶּבֶר *verbum* , *peſtis* ; מַס , כּוֹס *tributum* , *calix*.

II. Alter jucundior eſt ; duae ſiquidem Litterae , duoque Puncta concordant ; ut בֶּרֶךְ , דֶּרֶךְ *genu* , *via* ; eſtque uſitatiſſimum omnium .

III. Tertius eſt ſuaviſſimus: nam tres conſonae , treſque vocales ſimiliter cadunt ; ut דְּבָרִים , גְּבָרִים *verba* ; *viri* : hic autem ob paucitatem harum vocum non admodum frequens eſt .

In rem autem eſt noſſe , litteras , vocaleſque quamvis diverſas , ſono tamen & pronuntiatione ſimiles in Rhythmi modis uſurpari ; ut עָה ; אָה , רֶה , רֶא

Porro ſolet Rhythmus uſurpari ,

1. Vt ſingulae verſuum clauſulae in toto cantico ſimiliter cadant : atque illud eſt proprie , quod *Carmen Rhythmicum* appellatur .

2. Vt bina quaeque hemiſtichia ſic conveniant , ut unumquodque diſtichon proprio Rhythmo claudatur .

3. Vt in quaternis hemiſtichiis primum cum tertio , ſecundum cum quarto concordet .

4. Vt in hemiſtichiis octonis primum, alte-

alterum, & tertium, quinto, ſexto, & ſeptimo, quartum vero octavo reſpondeant peculiari Rhythmo. Hujus generis carmen dicitur שִׁיר מְחֻלָּק *carmen diviſum*.

§. *III.*

De Carmine Simplici, & Compoſito.

(1) *Simplex carmen erit, Spondei deſidis uno*
Se quod ita oblectat: (2) quod vero pergere cuncta
Pube ſtudet mixtim vario molimine tendens,
Compoſitum appellant. Magna hoc comitante caterva
Ingreditur; ſequimur ſed nos concinnius agmen.

(1) Carmen Simplex eſt, quod quatuor ſpondeis conſtat; appellaturque voce Rabbinica שִׁיר פָּשׁוּט *Carmen ſimplex:* uniuſque eſt generis; ut

צדוק

צַדִּיק תָּמִים מָלֵא אֵימִים
מֵאִישׁ דָּמִים עַל לֹא פֶשַׁע

Juſtus integer repletus eſt terroribus
A viro ſanguinolento ſine iniquitate.

(2) Carmen compoſitum eſt, quod ex omnibus ante memoratis pedibus ſimul mixtis coagmentatur. Rabbinis dicitur שִׁיר מְרֻכָּב *Carmen compoſitum.* Hujus autem plura genera recenſentur; at nos pauca auditu jucundiora ſeligemus.

I. Ex duobus Bacchiis componitur

אֱנוֹשׁ חָשׁ לְרָעִים
Homo properus ad mala.

II. Ex Spondeo, & duobus Bacchiis

יָבֵשׁ בְּקָרְאִי גְרוֹנִי
Exaruit in clamore meo guttur meum.

III. Ex alternis Jambo, & Spondeo

אֲנִי אֲגַלֶּה שָׁלשׁ אֵלֶּה
Ego revelabo tria illa.

IV. Ex Spondeo & Jambis alternis & Moloſſo

אשא

אֶשָּׂא לְבָבִי נָא אֱלֵי כַּפַּיִם

Levabo cor meum nunc cum manibus .

V. Ex Spondeo, & Jambo ter poſitis alternatim .

גֶּבֶר אֲשֶׁר תָּבֹא לְהִתְפַּלֵּל לַבַּיִת

Vir, *qui venis ad orandum in domum.*

Hactenus de Poëſi Hebraeorum , quoad inſtituti noſtri ratio ferre potuit . Qui plura cupit Theſaurum adeat Buxtorfii.

Satius tamen eſſe reor , ipſam Pſalmorum verſificationem imitari : quae quidem , ut curioſe attendentibus palam fiet , verſibus nullo ſane rhythmo niſi fortuito concinentibus , ſed tantum vario certarum ſyllabarum numero dimenſis (ea ſaltem ratione qua nunc eos pronunciamus) continentur . Exemplum afferam duorum Pſalmorum , quos in verſiculos , quibus mihi conſtare viſi ſunt , diſpeſcui ; eoſque Italicis verſibus cum eadem ſyllabarum , qua Hebraici decurrunt , dimenſione compegi . Sentio equidem duriuſcule nonnunquam

eos

eos procedere & languidiuſcule cadere, quam par eſt: ſed quum verbum verbo, quoad ejus fieri potuit, appendere ſtuduerim fidus interpres, id parvi omnino faciendum putavi.

Ex his exemplis poterit quisquis hanc etiam Linguae Sanctae partem cupit excolere, ſua ſibi Hebraica cantica concinnare. Deliget enim ea verſuum genera, quae ſibi videntur ſuaviora: ea vero vel unius generis in toto cantico adhibebit ſic, ut ſinguli verſus cum eadem ſyllabarum dimenſione decurrentes abſolvant canticum; ut verbi gratia Ode 1. apud Horatium Flaccum; quae monocolos eſt; conſtat enim unis verſibus Aſclepiadeis: vel duplicis generis, aut triplicis, aut quatruplicis &c. verſus uſurpabit, ut cantio ſit dicolos, tricolos, aut tetracolos &c. Tunc vero iidem verſus, ejuſdemque generis recurrent; poſt alterum verſum quidem, ſi cantio ſit dicolos: poſt tertium, ſi ſit tricolos; poſt quartum, ſi ſit tetracolos &c. atque eodem porro verſuum ordine canticum perficietur. Hujuſmodi cantionum commixtis verſibus conditarum,

ordi-

ordiniſque quo iidem recurrunt verſus, exempla ab ipſo Horatio peti poſſunt.

Denique eadem prorſus ratione, qua quis lingua ſua vernacula ſolet, pangi poſſunt Hebraica carmina: nec enim cauſſa eſt ulla, cur Rabbinorum regulis adeo religioſe obſequamur, ut nova Hebraicorum carminum genera excogitare piaculum judicemus.

Pſalmi verſibus Italis redditi, qui hoc in loco exarandi eſſent, poſt ſequentem Exercitationem, aliis fortaſſe adjectis, invenientur.

EXER-

EXERCITATIO

Praeceptionum in hiſce Rudimentis traditarum

In Gen. XXII. כב * *Abrahae Sacrificium.*

וַיְהִי אַחַר הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה וְהָאֱלֹהִים נִסָּה אֶת־ ח ה
אַבְרָהָם וַיֹּאמֶר אֵלָיו אַבְרָהָם וַיֹּאמֶר הִנֵּנִי׃

Et fuit poſt res haſce ; & Deus tentavit Abraham : dixitque ad eum ; Abraham : &. dixit : ecce ego .

* Eſt nota numerationis . pag.205.

וַיְהִי Futurum Formae *Kal* cum ו *Converſivo* : idcirco Praeteriti ſignificationem obtinet , & ו Puncto (ַ) notatur . p. 55. deeſt vero Dagheſc Forte in (י) ſequente , nam Puncto (:) ſubſcribitur. ibid. Praeterea יְהִי eſt Futurum contractum . p. 138. Ejus autem Radix patet per Reg. II. n. 3. p. 180. Nam , remoto priore י Servili , remanent ה & alterum (י) , quae in media extremaque dictione poſſunt eſſe Radicales : Monit. p. 178.

 Quo-

Quocirca, iis adjecto ה, exſiſtit Radix הָיָה fuit. Denique (:) hic ſilet, nam eſt poſt Punctum breve (-) p. 26. (ו) vero ſilet in (·) p.10.

אַחַר eſt Praepoſitio. p. 170.

הַדְּבָרִים hujus vocis ה eſt praefixum, articuli vicem gerens cum (-) & Dagheſc For. in ſequente littera. p. 52. ideo geminatur. p. 23. Reliqua vox eſt numeri plur. a ſingulari דָּבָר p. 38. idcirco penultimum (ֽ) mutatum eſt in (:) p. 41. ultimumque immutatum manſit. p. 43. Radix eſt דִּבֶּר *loquutus eſt*, per Reg. I. p. 179. nam ב in medio dictionis eſt Radicalis. p. 177.

הָאֵלֶּה Praefixum ה habet (ֽ) pro (-), ut compenſetur Dagheſc Forte p. 50. quod Gutturalis ſequens explodit. p. 23. reliqua vox eſt Pronomen demonſtrativum plurale utriuſque generis. p. 61. Accentus (:) litterae א impoſitus eſt Sakeph-Katon, qui fere punctum & virgulam deſignat. p. 13. ל habet Dagheſc forte, propterea geminatur, praeitque Punctum longum, ſed accentu Grammatico notatum. p. 23.

וְהָאֱלֹהִים Prima littera eſt ו *copulati-*

vum

vum ſuo punĉto (:) uſitato inſtruĉtum . p. 50. altera littera eſt articulus ה cum (ַ) ob Gutturalem ſequentem , ut modo diximus . Vox , quae ſupereſt , eſt numeri pluralis , cujus ſingularis eſt אֱלֹהַּ *Deus* : effertur autem pluraliter , jungiturque ob rei praeſtantiam Verbo ſequenti ſingularis numeri . p. 183. n. 3.

נִטָּה eſt perſona 3. ſing. maſc. Praeteriti Formae *Pihel* ; hinc habet Dagheſc in ſecunda Radicali . p. 90. n. 1. deſinitque in (ָ); nam eſt verbum ex Quieſcentibus *Lamed-He* , quorum Praeterita cunĉtarum Formarum in (ָ) deſinunt. p. 129. n. 2. a נָטָה *ſuſpendit* ; quae Radix invenitur per Reg. III. p. 180.

אֶת־ nota eſt Accuſativi . p. 45. habet (ֶ) pro (ֵ) ob Makkaph ſequentem p. 73. n. 5.

אַבְרָהָם nomen Patriarchae , unde per Iſaac & Jacob originem duxit Hebraeum genus . Componitur ex his vocibus אַב רַב הָמוֹן *pater magnae multitudinis*. p. 75. Accentus inferne adjeĉtus ultimae ſyllabae eſt Athnach . p. 13.

וַיֹּאמֶר Prior littera eſt ו *converſivum* cum (ַ) & Dagheſc forte in littera ſe-

quente ; mutat enim Futurum in Praeteritum . p. 55. Futurum , quod ſequitur eſt ex Verbis , quae vocant *Quieſcentia Pe-Aleph;* idcirco Aleph quieſcit in Cholem . p. 100. (quod Cholem ſuperne impoſitum litterae א eſt pro (ֹ) p. 11. n. 2.) deſinit vero in (ַ) pro Pathach ob idem (ו) *converſivum*, accentúmque retrahit . p. 55. Radix eſt אָמַר *dixit* ; quae patet per Mon. & Reg. I. nam א & מ in media dictione ſunt Radicales . p. 177.

אֵלָיו Praepoſitio אֶל cum ſuffixo ſingulari cum nomine plurali; mutatque Punctum breve in longum affine . p. 174. (י) in hoc ſuffixo ſilet . p. 11. n. 3.

הִנֵּנִי Adverbium הִנֵּה abjecit ultimam ſyll. accepitque Verborum ſuffixum . p. 173. n. 2. Accentus apud ultimam ſyll. eſt Soph-Paſuk . p. 13. n. 1.

וַיֹּאמֶר קַח־נָא אֶת־בִּנְךָ אֶת־יְחִידְךָ אֲשֶׁר־אָהַבְתָּ
אֶת־יִצְחָק וְלֶךְ־לְךָ אֶל־אֶרֶץ הַמֹּרִיָּה וְהַעֲלֵהוּ שָׁם
לְעֹלָה עַל אַחַד הֶהָרִים אֲשֶׁר אֹמַר אֵלֶיךָ׃

Et dixit : accipe nunc filium tuum unigenitum tuum , quem diligis Iſaac ; & vade

vade tibi ad terram Moria: & offer eum ibi in holocauſtum; ſuper unum montium, quem dicam ad te.

קַח eſt Imperativus *Kal* deſinens in (-) ob Gutturalem. p. 87. n. 2. Radix eſt Verbum לָקַח; quod Formam ſequitur Defectivorum *Pe-Nun*; ideo dimittit ל, p.104. n. 1. invenitur autem per Reg. II. n. 1. p. 180.

נָא eſt Adverbium temporis. p. *169.*

בִּנְךָ coaluit ex ſuffixo 2. perſonam ſingularis num. indicante p. *64.* & ex nomine בֵּן, cujus Punctum (..) quippe ultimum, mutatum oportuit in (:) p. 70. ne vero duo Sceva concurrerent in principio, id in Chirek mutatum eſt. p. 40. n. 2. ejus Radix בָּנָה *aedificavit* patet per Mon. & Reg. II. n. 3. p.180.

יְחִידְךָ eſt a Radix יָחַד *adunatus eſt* per Mon. & Reg. I. p. 179.; unde יָחִיד, cujus penultimum (ָ) ob ſuffix. mutatum eſt in (:) p. *69.* n. 1. Vltimum (:) ſilet, nam praeit Chirek longum accentu Grammatico notatum. p. *26.* I.

אֲשֶׁר eſt Relativum cujuſvis generis, numerique p. *62.* a Rad. אָשַׁר *inceſſit*,

per Mon. & Reg. I. p. 179.

אֲהַבְתָּ eſt perſona 2. generis maſcul. Praeteriti *Kal* p. 81. Radix אָהַב *dilexit*, per Mon. & Reg. I. ibid.

יִצְחָק *Iſaac*, vox hehemanthica a Rad. צָחַק *riſit* . p.75. quae Radix praeſto eſt per Reg. I. p. 179.

וְלֶךְ־לְךָ Vox ante accentum Makkaph conſtat ex ו *Copulativo* cum ſuo (:) .uſitato. p. 50. & ex Imperativo *Kal* Verbi יָלַךְ *ivit* Claſſis *Pe Jod* (quae Rad. invenitur per Mon. & Reg. II. n. 1. p. 180.) ; idcirco deeſt Jod *ſcevandum*, tantumque לֵךְ habet . p. 113. n. 2. At (‥) mutatum eſt in (∵) ob Makkaph. p. 73. n. 5. ſiletque (:) ſub Caph, p. 26. I. Reliquum eſt Pronomen in dandi caſu . p. 60. quod pulchre tum Verbis tum nominibus apponitur . p. 192. Italoque more hoc comma verteretur: *vatti* , aut *vattene*.

אֶל־ eſt Praepoſitio . p. 171.

אֶרֶץ eſt Radix ; niſi a רָצַץ *attrivit* dictam mavis .

הַמֹּרִיָּה eſt nomen collis (qui pars eſt Golgothae ſive Calvariae montis) ad latus montis Sion , ubi Templum fuit

fuit poſtea ab Salomone aedificatum . I. Paral. III. 1. De hujus vocis origine non convenit inter interpretes . Alii a מור *myrrha* & יָה *Deus* dictam putant ; quaſi *Myrrha Dei*, h. e. praeſtantiſſima . p. 188. ex eo quod collis hac planta conſitus eſſet . Alii a יָרֵא *timuit* , *reveritus eſt ;* unde מוֹרָא eſt & מוֹרָה *reverentia, timor ;* quod ibi Dominus colendus eſſet. Alii aliunde. Sed Symmachus a רָאָה *vidit* derivat ; hinc *terram* ὀπτασίας *viſionis* vertit ; quod Noſter vulgatus ſequutus eſt . Quae ſi vera ſit originatio , compoſitum hoc nomen eſſet ex decurtatis vocibus . p. 75. quae integrae ſunt יָהּ & מָרְאֶה h. e. φανερωθεὶς Θεὸς *Deus manifeſtatus :* nimirum *Jeſus Chriſtus*, qui in terra Morijae (quae proprie eſt Solymorum tractus) natus eſt & exceptus; in eaque docuit & crucifixus eſt & revixit. ה praefixum eſt cum punctis ſuis. p. 50.

וְהַעֲלֵהוּ haec vox , quae praefert ו *copulativum* , eſt Imperativus *Hiph.* qui ſine ſuffixo, eſſet הַעֲלֵה, quippe ex Claſſe Imperfectorum *Lamed-He* a Rad. עָלָה *aſcendit* ſecundum Mon. & Reg. II. n.

 3. quo-

3. quorum Verborum Imperativus per omnes Formas deſinit in ה. p. 130. n. 5. quae terminatio rejicitur ob affixum הו p. 163. n. 1. quod affixum eſt proprium verborum . p. 146. nectiturque Imperativis per (ֶ) p. 159. n. 5. altera Radicalis ע, quippe Gutturalis, pro Sceva ſimpl. habet compoſitum. p. 28. n. 1.

שָׁם eſt Adverb. loci. p. 168.

לַעֲלֹת Prior littera eſt praefixum. p. 50. reliquum eſt nomen a Rad. עָלָה *aſcendit* ex Mon. & Reg. I.

עַל eſt Praepoſitio . p. 171. ab ead. Rad. עָלָה .

אֶחָד eſt monas in regim. p. 205.

הֶהָרִים Praefixum ה ſubſcribitur Puncto (ֶ) nam ſitum eſt ante הָ penult. p. 53. n. 7. caſus pluralis maſc. ſequitur ex ſingulari הַר (a Rad. הָרַר *mons* ex Mon. & Reg. II. n. 4.) ; ideo manet immutatum Kametz. p. 43. n. 1. punctum ſuper ר eſt Rebhia. p. 13.

אֹמַר Perſona prima Futuri *Kal* Verbi אָמַר *dixit* ; idcirco Formativa ſumit ו, abitque prima Radicalis , p. 100.

אֵלֶיךָ Praepoſitio אֶל cum ſuffixo 2. perſonae ſing. maſc. pluralibus conjungendo p. 174.

p. 174. de qua jam dictum eſt .

וַיַּשְׁכֵּם אַבְרָהָם בַּבֹּקֶר וַיַּחֲבֹשׁ אֶת־חֲמֹרוֹ וַיִּקַּח
אֶת־שְׁנֵי נְעָרָיו אִתּוֹ וְאֵת יִצְחָק בְּנוֹ וַיְבַקַּע עֲצֵי
עֹלָה וַיָּקָם וַיֵּלֶךְ אֶל־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר־אָמַר־לוֹ
הָאֱלֹהִים׃

Et expedivit ſe Abraham diluculo, inſtravitque aſinum ſuum, & ſumſit duos ſervos ſuos ſecum, & Iſaac filium ſuum: concidit autem ligna holocauſti; ſurrexitque & ivit ad locum quem dixit ei Deus.

וַיַּשְׁכֵּם Futurum *Hiphil* cum ו Converſivo, a Rad. שכם per Mon. & Reg. I. unde eſt הִשְׁכִּים *paravit*, *expedivit ſe*: p. 93. n. 1. deſinit in (ֵ) ; ut aliquando fit . Ibid.

בַּבֹּקֶר Prima littera eſt praefixum בּ *in*, quod excludit ה , ideo habet ſub ſe (ַ) & Dagheſc in conſequente littera . p. 57. III. Vox reliqua eſt a Rad. בָּקַר *quaeſivit* , ex Mon. & Reg. I.

וַיַּחֲבֹשׁ Futurum *Kal* cum ו converſiv. Formativa Futuri (י) habet (ַ) pro (ִ) ob Gutturalem ſequentem , quae pro Sceva ſimplici poſcit compoſitum , punctat-

ctatque ſe & praecedentem litteram. p. 28. n. 1. Punctum in ש uſurpatur hic pro ו, in quod deſinit Futurum *Kal*. p. 11. & 81. Radix חָבַשׁ *inſtravit* exſiſtit ex Mon. & Reg. I.

חֲמֹרוֹ Vox cum ſuffixo ו 3. perſonae ſing. cum nomine ſing. p. *64*. a Rad. חָמַר *lutoſum fieri*, ſecundum Monit. & Reg. I.

וַיִּקַּח Futurum cum ו converſ. Formae *Kal*; de quo ante diximus.

שְׁנֵי numerus contractus a שְׁנַיִם; nam non cum alio hic numero conjungitur. p. 206. Radix שָׁנָה *iteravit*, ex Mon. & Reg. I.

נְעָרָיו Radix נָעַר *excuſſit* per Reg. II. num. 1. inde נַעַר *puer* ſive *famulus*. plur. נְעָרִים. p. 41. n. 1. mutatque penultimum (-) in Sceva p. 40. n. 1. ultimum vero in (·) p. 43. n. 3. pellit ים accedente ſuffixo. p. *66*. n. 1. quod ſuffix. eſt ex ſingularibus cum nomine plur. p. *64*.

אִתּוֹ Praepoſitio אֵת cum affixo nominis ſing. p. 175.

בְּנוֹ Vox haec ſine ſuffixo eſt בֵּן, ob quod mutat Tzere in Sceva. p. 70.

ויבקע

וַיְבַקַּע Futurum cum ו converſ. Formae *Pihel* quod in Pathach deſinit aliquando p. 92. Adn. 1. Radix בָּקַע *ſcidit*, ex Mon. & Reg. I.

עֲצֵי eſt nomen plur. in regim. p.47. n. 1. ab עֵצִים; idcirco mutat Tzere in Sceva. p. 48. n. 2. quod ob Gutturalem eſt Sceva compoſitum p. 42. n. 2. ejus ſingularis, & Radix eſt עֵץ *lignum*.

וַיָּקָם Futurum Formae *Kal* Verbi קוּם *ſurgere* (ex Quieſcen. *Ain-Vau* ideo per Mon. & Reg. II. n. 2. invenitur) cujus Futuri terminatio eſſet ּ, ut in Paradig. p.119. ſed ob ו converſ. accentumque retractum abiit in Kametz-Catuph. p. 56. n. 2. nam poſtremum (ָ) eſt o breve. p. 27. II.

וַיֵּלֶךְ Futurum Formae *Kal* Verbi יָלַךְ *ivit*; idcirco ſub ל ſcriptum oportuit (ֵ), ut in Futur. Paradig. p.114. Verum (ֵ) ob accentum retractum & ו converſ. tranſiit in (ֶ) p. 55. n. 1.

הַמָּקוֹם Vox, dempto praefixo ה, confecta per adjectionem מ. p. 75. e Rad. קוּם *ſurgere*.

אָמַר *dixit*; de quo ante.

לוֹ dandi caſus a Pron. הוּא *ille*. p. 61.

בַּיּוֹם

בַּיּוֹם הַשְּׁלִישִׁי וַיִּשָּׂא אַבְרָהָם אֶת־עֵינָיו וַיַּרְא
אֶת־הַמָּקוֹם מֵרָחֹק׃

In die tertio ſuſtulit autem Abraham oculos ſuos, ac proſpexit locum e longinquo.

בַּיּוֹם De praefixo ב ſuperius . יוֹם *dies*. Radix ipſa .

הַשְּׁלִישִׁי Praefixum ה ſequitur numerus ordinalis p. 209. Tab. III. Rad. שָׁלֹשׁ *tres* numerus cardin. p. 205. Tab. I.

וַיִּשָּׂא Futurum cum ו converſ. Formae *Kal* Verbi נָשָׂא *tulit* utrinque imperfecti. p 143. Quocirca prior ejus pars , eam moderante Claſſe *Pe-Nun*, abjecit *Nun* ſcevandum, compenſavitque per Dagheſc in littera ſequente . p.101. n. 1. & 2. definit vero in (ּ), quia pars poſterior ad Claſſem Quieſcent. *Lamed-Aleph* pertinet.. p.124. n. 1.

עֵינָיו Radix עַיִן *oculus*: Dual. עֵינַיִם p. 38. n. 3. nam ַיִ contrahitur in ֵי p.43. n. 4. & ob ſuffixum terminatio Dualis ַיִם abjicitur . p. *66*. n. 1.

וַיַּרְא Futur. *Kal* cum Apocope peculiari . p. 138. II. Rad. רָאָה *vidit*, per Mon- & Reg. II. n. 3.

מרחק

מֵרָחֹק Praefixum מ habet (-) pro (.) ob ר, quod explodit Dagheſc. p. 23. n. 1. & p. 50. reliquum eſt a R. רָחַק *procul fuit*, ex Reg. I. p. 179.

וַיֹּאמֶר אַבְרָהָם אֶל־נְעָרָיו שְׁבוּ־לָכֶם פֹּה עִם־
הַחֲמוֹר וַאֲנִי וְהַנַּעַר נֵלְכָה עַד־כֹּה וְנִשְׁתַּחֲוֶה
וְנָשׁוּבָה אֲלֵיכֶם׃

Aitque Abraham ad pueros ſuos, manete vos hic cum aſino, ego vero & puer ibimus eouſque, & adorabimus & revertemur ad vos.

שְׁבוּ Perſona 2. maſc. plur. Imperativi *Kal* Verbi יָשַׁב *ſedit*, ex Quieſcen. *Pe-Jod*. p. 114. quae Radix per Mon. & Reg. II. n. 1. praeſto eſt.

לָכֶם Dativus plur. Pronominis perſonae 2. plur. p. 60. qui caſus Verbis apponitur Hebraeo more p. 192. phraſis autem integra שְׁבוּ־לָכֶם felicius Italice verteretur *dimoratevi*: mihi vero *manete vos* vertere libuit, ut durities Hebraicae dictionis molliretur.

פֹּה עִם Particulae indeclinabiles, quarum altera *hic* p. 168. altera *cum* ſigni-

ficat

ficat . p. 171. R. עָסַם *texit* , per Mon. & Reg. II. n. 4.

וַאֲנִי Pronomen 1. perſ. ſing. p. 59. cum ו copul. quod accipit Punctum (·) a Gutturali . p. 28. n. 1.

נֵלְכָה Perſona 1. plur. Futuri *Kal* Verbi יָלַךְ *ivit*, cum ה parag. hinc (‥) ſub Lamed mutatum eſt in (:) p. 165. nam abſque eo eſſet , ſcriberetur נֵלֵךְ p. 113. n. 2. .

עַד־כֹּה Itale , *Fin la* , intento digito in locum , quo quis ſe ſe perrecturum indicat . Ex עַד p. 170. a R. עָדָה *ornavit*, & Chald. *tranſivit* . Reg. II. n. 3. p. 168. & ex כֹּה p. 180.

נִשְׁתַּחֲוֶה Perſona 1. plur. Futuri *Hithpahel* Verbi שָׁחָה *inclinavit* ; quae Radix per Mon. & Reg. II. n. 3. extricatur : Hoc verbum in *Hithpahel* abnorme eſt; nam ultimam Radicalem ה mutat in ו, & aliud addit ה ſic , ut praeteritum ſit הִשְׁתַּחֲוָה p. 140. Praeterea ob primam Radicalem ſibilantem metatheſin patitur . p. 95. I.

נָשׁוּבָה Perſona 1. plur. Futuri *Kal* Verbi שׁוּב *reverti* per Mon. & Reg. II. n. 2. cum ה Parag. p. 165.

אֲלֵיכֶם Praepoſitio אֶל cum ſuffixo conſtructo p. 67. ideo mutat Punctum breve in breviſſimum p. 174.

וַיִּקַּח אַבְרָהָם אֶת־עֲצֵי הָעֹלָה וַיָּשֶׂם עַל־יִצְחָק
בְּנוֹ וַיִּקַּח בְּיָדוֹ אֶת־הָאֵשׁ וְאֶת־הַמַּאֲכֶלֶת וַיֵּלְכוּ
שְׁנֵיהֶם יַחְדָּו׃

Sumſit ergo Abraham ligna holocauſti, impoſuitque ſuper Iſaac filium ſuum; ſumſitque in manu ſua ignem & cultrum: & perrexerunt ambo ipſi ſimul.

וַיִּקַּח Particula conjunctiva ו notat etiam *ergo*. p. 201. n. 1.

וַיָּשֶׂם Perſona 3. ſing. maſcul. Futuri *Hiphil*; quod etiam in (‥) deſinit, praeſertim ob ו converſivum. p.122. poſt n. 3. accentuque retracto, ut hic, abit in (ֶ) p. 55. n. 1. a Verbo שׂוּם, ex Mon. & Reg. II. n. 2.

בְּיָדוֹ Radix יָד *manus*, cujus Kametz, quia ultimum eſt, cum ſuffixo haud mutatur. p. 69. ב eſt praefixum cum Puncto ſuo. p. 50.

אֵשׁ *ignis*. Radix ipſa.

מַאֲכֶלֶת *culter* cibarius proprie ſeu coquinarius

narius : late gladius: Rad. אָכַל *comedit*: ex Mon. ibid.

יֵלְכוּ Perſona 3. plur. maſcul. Futur. *Kal* Verbi יָלַךְ *ivit*.

שְׁנֵיהֶם Numerus dualis, de quo ſupra; cum ſuffixo perſonae 3. plur. p. *61*.

יַחְדָּו Adverbium, quod ſcribitur etiam יַחְדָּיו p. *169*. Radix יָחַד *adunatus eſt*, ex Mon. & Reg. II. n. 1.

וַיֹּאמֶר יִצְחָק אֶל־אַבְרָהָם אָבִיו וַיֹּאמֶר אָבִי
וַיֹּאמֶר הִנֶּנִּי בְנִי וַיֹּאמֶר הִנֵּה הָאֵשׁ וְהָעֵצִים
וְאַיֵּה הַשֶּׂה לְעֹלָה׃

Dixit autem Iſaac ad Abraham patrem ſuum, aitque pater mi; & reſpondit, ecce me, fili mi: aitque, en ignis ac ligna; at ubinam (eſt) pecus ad holocauſtum?

אָבִיו Radix אָבָה *voluit*, *acquievit*, ex Mon. & Reg. II. n. 3. unde אָב *pater*; quae vox interjicit י cum ſuffixis. p.68. n. 2. ac pro ſuffixo proprio הוּ ſumit ו ibid.

אָבִי Vox eadem cum affixo 1. perſonae ſing. p. *64*.

הִנֶּנִּי ex הִנֵּה *ecce*. p. 173. n. 2.

ואיה

אַיֵּה Adverbium loci. p. 168. ſub Rad. איה, ex Mon. cum praefixo ו, quod etiam *ſed* ſignificat. p. 201.

שֶׂה *pecus parva* proprie; tum *agnus*. eſt ipſa Radix.

וַיֹּאמֶר אַבְרָהָם אֱלֹהִים יִרְאֶה־לּוֹ הַשֶּׂה לְעֹלָה
בְּנִי וַיֵּלְכוּ שְׁנֵיהֶם יַחְדָּו׃

Reſponditque Abraham; Deus providebit ſibi pecudem ad holocauſtum, fili mi: proceſſeruntque ambo ſimul.

יִרְאֶה Perſona 3. maſc. ſing. Futur. *Kal* verbi רָאָה *vidit*, *providit*.

לּוֹ Dativus Pronominis Perſ. 3. ſingul. maſc. p. 61. cum Dagheſc euphonico. p. 24. n. 2. uſurpatur pro reciproco, quo carent Hebraei. p. 192. n. 2.

וַיָּבֹאוּ אֶל־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר אָמַר־לוֹ הָאֱלֹהִים וַיִּבֶן
שָׁם אַבְרָהָם אֶת־הַמִּזְבֵּחַ וַיַּעֲרֹךְ אֶת־הָעֵצִים
וַיַּעֲקֹד אֶת־יִצְחָק בְּנוֹ וַיָּשֶׂם אֹתוֹ עַל־הַמִּזְבֵּחַ
מִמַּעַל לָעֵצִים׃

Devenerunt autem in locum, quem indicavit ei Deus, & ſtruxit ibi Abraham al-

altare ; compoſuitque ligna : & ligavit Iſaac filium ſuum ; locavitque illum in altari ſuper lignorum ſtrue.

וַיָּבֹאוּ Futurum Kal Verbi בּוֹא *venire* ex Quieſcen. *Ain-Vau*. p.120. n. 2. & Mon. & Reg. II. n. 2.

וַיִּבֶן Futurum *Kal* cum Apocope. p. 137. I. Rad. בָּנָה *aedificavit*.

מִזְבֵּחַ Vox confecta per additionem מ a Rad. זָבַח *ſacrificavit*, p. 75. ultimum Pathach eſt ſuffuratum. p. 9. n. 2. Hujus vocis, & ſequentis Radix patet per Monit.

וַיַּעֲרֹךְ Futurum *Kal:* eſt autem Pathach ſub Formativa (י) pro Chirek ob Gutturalem ſequentem, p. 28. n. 1. Radix עָרַךְ *diſpoſuit*.

וַיַּעֲקֹד Futurum *Kal* Verbi עָקַד *ligavit*, proprie artus ; ut agni colligari ſolent quum mactantur. Haec Rad. in promptu eſt per Reg. I.

מִמַּעַל Adverbium loci p. 168. Radix עָלָה *ſcandit*.

וַיִּשְׁלַח אַבְרָהָם אֶת־יָדוֹ וַיִּקַּח אֶת־הַמַּאֲכֶלֶת לִשְׁחֹט אֶת־בְּנוֹ׃

Et

Et extendit Abrabam manum ſuam; accepitque gladium ad jugulandum filium ſuum.

וַיִּשְׁלַח Futurum *Kal*, quod definit in (-) ob Gutturalem. p. 88. n. 2. Rad. שָׁלַח *miſit*, ex Mon.

לִשְׁחֹט Gerundium ex Infinito & praefixo ל. p. 83. II. quod praefixum pro (:) habet (.), ne duo Sceva initio concurrerent. p. 40. n. 2. Rad. שָׁחַט *mactavit*, ex Mon.

וַיִּקְרָא אֵלָיו מַלְאַךְ יְהוָה מִן הַשָּׁמַיִם וַיֹּאמֶר
אַבְרָהָם אַבְרָהָם וַיֹּאמֶר הִנֵּנִי׃

Tum clamavit ad eum Angelus Domini e caelo; aitque, Abraham Abraham: reſponditque, praeſto ſum.

וַיִּקְרָא Futurum *Kal* Verbi קָרָא *vocavit*, per Mon. & Reg. I.

מַלְאַךְ *nuncius* habet (-) in fine pro (·) ob regimen. p. 48. n. 1. Rad. לאך.

יְהוָה Dei nomen: ſignificat ipſum *eſſe* a Rad. הָיָה *fuit*, ex Mon. dicitur Τετραγράμματον (*Tetragrammaton*) apud

Hebraeos , quod quatuor litteris יהוה conſtet : at vera ejus pronunciatio ignoratur . Cum enim ab eo proferendo abſtinerent Judaei religione ducti; unuſque Sacerdos in ſollemni populi benedictione illud pronunciaret; factum eſt, ut, Templo everſo , ejus quoque vera pronunciatio interciderit . Itaque Judaei ubivis in Scripturis occurrit יהוה , ſubſtituunt inter legendum אֲדֹנָי , hujuſque vocis Puncta , poſtquam a Maſorethis invecta fuerunt , ineffabilis divini nominis litteris ſubſcripſere . Propterea invenitur aliquando in Scripturis לַיהוָה , eadem prorſus ratione , ac ſcribitur לַאדֹנָי , ut pag. 29. n. 5. traditum eſt . Nam etſi ſub (י) divini nominis , cum Gutturalis non ſit , Sceva ſimplex ſubdidere , tamen tamquam compoſitum , cum ei praefigunt Serviles , uſurpare ſolent .

מִן Praepoſitio loci . p. 170.

שָׁמַיִם Vox conflata , ut quibuſdam libet , ex מַיִם *aqua* & שָׁם *ibi* . Videſis Buxtorfii Lexicon ſub Rad. שָׁם.

וַיֹּאמֶר אַל־תִּשְׁלַח יָדְךָ אֶל־הַנַּעַר וְאַל־תַּעַשׂ
לוֹ מְאוּמָה כִּי עַתָּה יָדַעְתִּי כִּי־יְרֵא אֱלֹהִים
אתה

אַתָּה וְלֹא חָשַׂכְתָּ אֶת־בִּנְךָ אֶת־יְחִידְךָ מִמֶּנִּי׃

Atque ait, ne extendas manum tuam in puerum, neque facias ei quidquam: nam modo comperi, quod metuens Dei tu (es); neque ſubtraxiſti filium tuum unigenitum tuum a me.

תַּעַשׂ Perſona 2. maſc. Futuri *Kal* Verbi עָשָׂה *fecit* cum Apocope, & Puncto (-) ſub Formativa ob Gutturalem; quia vox integra eſt תַּעֲשֶׂה p. 138. Haec Radix, & ſequentes induſtriae lectoris per quaſnam ex traditis Regulis extricentur, quaerendum relinquimus.

מְאוּמָה *aliquid, quantulumcumque*. Rad. מאם.

כִּי Particula cauſalis. p. 202.

עַתָּה Adverbium temporis. p. 169. Rad. עָנָה *tempeſtive eloquutus eſt*.

יָדַעְתִּי Perſona 1. ſing. Praeteriti *Kal* Verbi יָדַע *cognovi*.

כִּי eſt hic nota Infiniti. p. 203. n. 3.

יְרֵא eſt Benoni *Kal* Verbi יָרֵא *timuit*; propterea forma hujus Participii convenit in *Kal* cum Radice, quia deſinit in (..) p. 87. n. 1. ſed (-) ſub (י) mu-

 tatum

tatum eſt in (:), ob Regimen. p. 40. num. 2.

לֹא Particula negans, p. 169.

חָשַׂכְתָּ Perſona 2. ſing. maſc. Praeteriti *Kal* Verbi חָשַׂךְ *ſubtraxit*, *probibuit*.

וַיִּשָּׂא אַבְרָהָם אֶת־עֵינָיו וַיַּרְא וְהִנֵּה אַיִל אַחַר
נֶאֱחָז בַּסְּבַךְ בְּקַרְנָיו וַיֵּלֶךְ אַבְרָהָם וַיִּקַּח אֶת־
הָאַיִל וַיַּעֲלֵהוּ לְעֹלָה תַּחַת בְּנוֹ׃

Et ſubſtulit Abraham oculos ſuos, & reſpexit, & ecce aries poſt (ſe); qui detentus erat in implexu cornibus ſuis: acceſſitque Abraham & accepit arietem, obtulitque eum in holocauſtum pro filio ſuo.

אַיִל, Rad. איל.

אַחַר Praepoſitio loci, p. 170.

נֶאֱחָז Participium Formae *Niphal*; cujus Formativa נ a Gutturali א Punctum (ֱ) accipit pro [ֶ] p. 28. Rad. אָחַז *tenuit*.

סְבַךְ *implexus* (Itale *intrigo*) veprium ſcilicet, quo cornibus implicatus aries detentus fuerat, quo minus gregem, quicum paſtum eo loci pridem venerat, inde

inde digredientem ſectareretur. Radix סָבַךְ *implicatus fuit*.

בְּקַרְנָיו Praefixum בְּ *in* &c. p. 200. hic denotat cauſſam inſtrumentalem; ideò vocem integram *cornibus ſuis* per auferendi caſum, praepoſitione miſſa, reddidimus. Radix eſt קֶרֶן *cornu*, cujus Dualis קַרְנַיִם p. 38. cum ſuffixo, קַרְנָיו cum ead. Punctorum mutatione, p. 70.

תַּחַת Praepoſitio cauſſae, p. 170.

וַיִּקְרָא אַבְרָהָם שֵׁם הַמָּקוֹם הַהוּא יְהוָֹה יִרְאֶה
אֲשֶׁר יֵאָמֵר הַיּוֹם בְּהַר יְהוָֹה יֵרָאֶה׃

Appellavit autem Abraham nomen loci illius, Dominus videbit: ex quo dicitur hodie; in monte Dominus videbitur.

שֵׁם, Radix ipſa.

הַהוּא Pronomen perſonae 3. ſing. maſc. p. 61. cum praefixo ה, cui (·) ſubeſt ob aliud ה ſequens, p. 52. 6.

יֵאָמֵר Perſona 3. ſing. maſcul. Futuri *Niphal* Verbi אָמַר *dixit*, p. 81. ſub Formativa eſt (ֵ) pro (ִ) ob Gutturalem ſequen. p. 51. Eſt hic Enallage temporis; nam Futurum uſurpatur pro Indicati-

cativo, p. 195. n. 2.

וַיֵּרָאֶה. Futurum *Niphal* Verbi רָאָה *vi. dit*. Sub Jod eſt (..) ob ר ſequens, quod explodit Dagheſc, p. 23. n. 1.

וַיִּקְרָא מַלְאַךְ יְהוָה אֶל־אַבְרָהָם שֵׁנִית מִן־הַשָּׁמָיִם׃

Et clamavit Angelus Domini ad Abraham iterum de caelo.

שֵׁנִית Numerus ordinalis; qui Verbis conjunctus init munus Adverbii. p. 209. poſt Tab. III.

וַיֹּאמֶר בִּי נִשְׁבַּעְתִּי נְאֻם־יְהוָה כִּי יַעַן אֲשֶׁר עָשִׂיתָ אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה וְלֹא חָשַׂכְתָּ אֶת־בִּנְךָ אֶת־יְחִידֶךָ׃

Aitque; per me juravi dicit Dominus: quod, eo quia feciſti rem banc; neque ſubſtraxiſti filium tuum unigenitum tuum.

בִּי Vox ex praefixo & ſuffixo coagmentata, p. 74. hic ſignificat *per me*. p. 200. n. 4.

נִשְׁבַּעְתִּי Perſona 1. ſing. Praeteriti *Niphal*

phal p. 81. ſub Rad. שֶׁבַע *ſeptem* .

נְאֻם־ Participium Pahul in regimin. Verbi נָאַם *dixit* ; idcirco mutavit (ָ) ſub נ in (:) p. 48. n. 2. mutatum item eſt ו in [ֻ] p. 111. n. 2. eſt vox frequens apud Prophetas , quae verti ſolet *dicit* vel *ait* .

כִּי Nota eſt Infiniti p. 203. n. 3. quae repetitur initio ſequentis verſus.

יַעַן eſt Conjunctio , quae ſola , vel cum Relativo ut hic, *eo quod* ſignificat. p. 171. eſt ipſa Rad.

עָשִׂיתָ Perſona 2. ſing. maſcul. Praeteriti *Kal* Verbi עָשָׂה *fecit* p. 135.

הַזֶּה Pronomen demonſtrativum p. 61. cum praefixo ה .

כִּי־בָרֵךְ אֲבָרֶכְךָ וְהַרְבָּה אַרְבֶּה אֶת־זַרְעֲךָ כְּכוֹכְבֵי הַשָּׁמַיִם וְכַחוֹל אֲשֶׁר עַל־שְׂפַת הַיָּם וְיִרַשׁ זַרְעֲךָ אֵת שַׁעַר אֹיְבָיו׃

Quod benedicendo benedicam tibi , & multiplicando multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas caeli ; & ſicut arenam , quae (eſt) in littore maris : & obtinebit progenies tua portam inimicorum ſuorum .

בֵּרֵךְ

בָּרֵךְ Infinitus *Pihel* Verbi בָּרַךְ *benedixit;* habet (·) pro (·) ſub ב ob ר ſequens. p. 50. uſurpatur hic pro Gerundio ſine praefixo; nam geminatur Verbum augendae rei gratia. p.122. n. 3. nectitur enim cum voce ſequente.

אֲבָרֶכְךָ Perſona 1. ſingul. Futuri *Pihel* ejuſdem Verbi: pro terminatione (..) ſub ר ſubſcribendum erat Sceva ob ſuffixum. p. 156. n. 1. at cum ſuffixum ךָ jungatur Verbis per (:) p. 160. n. *6.* ideo mutatum eſt in (ֶ) p. 40. n. 2.

הַרְבָּה Infinitus *Hiphil* Verbi רָבָה *multiplicavit:* adhibetur hic pro Gerundio; hinc deſinit in ה, p. 130. n. 4.

אַרְבֶּה Perſona 1. ſingul. Futuri *Hiphil* ejuſdem Verbi.

זַרְעֲךָ Radix זָרַע *ſevit;* unde זֶרַע *ſemen;* cujus Puncta mutata ſunt ob ſuffixum. p. 70. nam ſaepe Punctum [·] ob Gutturalem adhibetur pro Puncto (ֶ) p.43.n.3. ſceva vero ſimplex, quod praeit ſuffix. ךָ p.64. verſum eſt in compoſitum ob Gutturalem, p. 42. n. 2.

כְּכוֹכְבֵי Prior littera eſt praefixum cum ſuo Puncto. p. 50. reliqua vox eſt in regim. pro כּוֹכָבִים p. 47. n. 1. Rad. כבב; unde

unde כּוֹכָב *ſtella* per adjectionem ו, p.75.

כַּחוֹל Praefixum כ expulit de more praefixum ה hujus vocis; ejuſque Punctum ſumſit, p. 57. quod Punctum eſt (-) ob Gutturalem ה, p. 52. n. 6. Radix חול *doluit*.

שְׂפַת eſt in regimine p. 47. n. 2. pro שָׂפָה *labium*, *littus*, Rad. ipſa.

יָם Rad. ימם.

יִרַשׁ Perſona 3. ſingul. maſcul. Futuri *Kal* Verbi יָרַשׁ *jure hereditario obtinuit*; ex Quieſc. *Pe-Jod*: idcirco deſinit in (·), ſimulque (י) Formativum & (י) Conjugationis in unum concreverunt, p. 115. n. 1.

שַׁעַר *porta* per Synecdochen, pro tota regione. Rad. שָׁעַר *aeſtimavit*.

אֹיְבָיו. Rad. אָיַב *odio habuit*; cujus Benoni אֹיֵב p. 81. plur. אֹיְבִים p. 85. decurtatum eſt ob ſuffix. p. 66. n. 1.

וְהִתְבָּרְכוּ בְזַרְעֲךָ כֹּל גּוֹיֵי הָאָרֶץ עֵקֶב אֲשֶׁר
שָׁמַעְתָּ בְּקוֹלִי׃

Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terrae: eo quod auſcultaſti voci meae.

התברכו

הִתְבָּרְכוּ Perſona 3. plur. Praeteriti *Hithpahel* Verbi בָּרַךְ *benedixit* . p. 95. habet ſub ר Sceva compoſitum ; quod aliquando fit. p. 29. n. 5.

כל *omnis* vox omne genus, numerumque comprehendens . Radix כָּלַל *perfecit*.

גּוֹיֵי eſt in regim. pro גּוֹיִם ; cujus ſingularis & Rad. גוֹי *gens* .

עֵקֶב אֲשֶׁר eſt Conjunctio. p. 171. pulchre reſpondet Italae Conjunctioni *mercè che ;* nam עֵקֶב ſignificat *merces mercè*, relativum vero Hebraicum, quicum conjungitur , idem prorſus eſt ac Italicum *che* . Ejus vocis Rad. עָקֵב *calcaneus*.

שָׁמַעְתָּ Perſona 2. ſing. maſc. Praeteriti *Kal* Verbi שָׁמַע *audivit*, *obtemperavit*.

בְּקֹלִי Radix קוֹל *vox* cum ſuffixo בְּ , quod ſignificat etiam *ad* . p. 200. n. 4.

וַיָּשָׁב אַבְרָהָם אֶל־נְעָרָיו וַיָּקֻמוּ וַיֵּלְכוּ יַחְדָּו
אֶל־בְּאֵר שָׁבַע וַיֵּשֶׁב אַבְרָהָם בִּבְאֵר שָׁבַע׃

Et rediit Abraham ad pueros ſuos ; & ſurrexerunt , abieruntque ſimul ad Berſabee : manſitque Abraham in Berſabee.

וַיָּשָׁב Perſona 3. ſingul. maſcul. Futuri *Kal*

Kal Verbi שׁוּב *regredi* : habet ו converſivum ; idcirco deſinit in Kametz-Chatuph . p. 56. n. 2.

וַיָּקֻמוּ Perſona 3. plural. maſcul. Futuri *Kal* Verbi קוּם *ſurgere*, habet ſub prima Radicali (ֻ) pro וּ ; id quod aliquando fieri ſolet . p. 111. n. 2.

בְּאֵר שָׁבַע Proprium loci nomen , ſignificatque *Puteus ſeptem* ex eo , quod ibi Abraham , icto foedere cum Abimelech Rege Gerarae , ſeptem agnas , quae jurati foederis monumentum eſſent , illi donavit . Gen. XXI. 28. 32. Prior vox eſt a בֵּאֵר *declaravit* ; altera eſt ipſa Radix שֶׁבַע *ſeptem* , ſed (ֶ) verſum eſt in (ָ) ob Athnach p. 72. n. 4. nam ultimum (ַ) eſt loco Puncti (ְ) ob Gutturalem . p. 43. n. 3.

וַיֵּשֶׁב Perſona 3. ſingul. maſcul. Futuri *Kal* Verbi יָשַׁב *ſedit* , cum ו converſivo hinc mutatum eſt ultimum (ַ) in (ֶ) pag. 55. n. 1.

בִּבְאֵר Praefixum ב habet (ִ) pro (ְ) ne duo Sceva initio concurrerent : reliqua vox modo expoſita eſt .

Salmo 63.

2 *Dio, Dio mio ſei: te cerco in ſu'l matti..*
L'alma mia di te ha ſete;
E la mia carne langue
Ah! per deſio di te
In terren ſecco, ed aſpro, e ſitibondo:
3 *Ben nel Tempio ti godea*
Contemplando tua poſſa e tua gloria;
4 *Che più dolce della vita*
E' la tua benignitade:
Le mie labbra loderanti.
5 *Così finche l'aura vitale*
Vien ch'io ſpiri, ti benedirò:
Al tuo nome le mie mani
Te invocando ſolleverò:
6 *Come nel pien nuotaſſe d'ogni bei*
L'anima mia s'impingua e ſi ſatolla,
E'l labbro ſcioglie la mia bocca in canto.
7 *Se ſovviemmi di te ſul mio letto,*
Fin all'alba io penſo a te.
8 *Perchè foſti il mio ſoccorſo:*
E dell'ali tue ſotto l'ombra
9 *Gioirò: l'alma mia poſa in te:*
La tua deſtra mi ſoſtiene.
10 *Per mettere in fondo*
Coſtor la mia vita
A me ſi avventaro:
Della terra cadran nel profondo.
11 *Al taglio del ferro m'urtaro:*
Fian preda delle belve.
12 *E'l Re gioirà nel Signore:*
Glorieraſſi chi'n lui giura:
Poichè chiuſa è la bocca degli empj

1 מִזְמוֹר לְדָוִד בִּהְיוֹתוֹ בְּמִדְבַּר יְהוּדָה׃

מִזְמוֹר סג

2 אֱלֹהִים אֵלִי אַתָּה אֲשַׁחֲרֶךָּ
צָמְאָה לְךָ נַפְשִׁי
כָּמַהּ לְךָ בְשָׂרִי
בְּאֶרֶץ־צִיָּה וְעָיֵף בְּלִי־מָיִם׃
3 כֵּן בַּקֹּדֶשׁ חֲזִיתִךָ
לִרְאוֹת עֻזְּךָ וּכְבוֹדֶךָ׃
4 כִּי־טוֹב חַסְדְּךָ מֵחַיִּים
שְׂפָתַי יְשַׁבְּחוּנְךָ׃
5 כֵּן אֲבָרֶכְךָ בְחַיָּי
בְּשִׁמְךָ אֶשָּׂא כַפָּי׃
6 כְּמוֹ חֵלֶב וָדֶשֶׁן תִּשְׂבַּע נַפְשִׁי
וְשִׂפְתֵי רְנָנוֹת יְהַלֶּל־פִּי׃
7 אִם־זְכַרְתִּיךָ עַל־יְצוּעָי
בְּאַשְׁמֻרוֹת אֶהְגֶּה־בָּךְ׃
8 כִּי־הָיִיתָ עֶזְרָתָה לִּי
וּבְצֵל כְּנָפֶיךָ אֲרַנֵּן׃
9 דָּבְקָה נַפְשִׁי אַחֲרֶיךָ
בִּי תָּמְכָה יְמִינֶךָ׃
10 וְהֵמָּה לְשׁוֹאָה
יְבַקְשׁוּ נַפְשִׁי
יָבֹאוּ בְּתַחְתִּיּוֹת הָאָרֶץ׃
11 יַגִּירֻהוּ עַל־יְדֵי־חָרֶב
מְנָת שֻׁעָלִים יִהְיוּ׃
12 וְהַמֶּלֶךְ יִשְׂמַח בֵּאלֹהִים
יִתְהַלֵּל כָּל־הַנִּשְׁבָּע בּוֹ
כִּי יִסָּכֵר פִּי דוֹבְרֵי־שָׁקֶר׃

Salmo 128.

O felice chi Dio teme ,
Che va per le ſue vie !
Che 'l travaglio delle tue mani
Sarà tuo , tu lo godrai :
Beato ! e buon per te !
Fia la tua conſorte qual vite
Lieta accanto al tuo tetto :
I tuoi figli , come piante
D'ulivi , alla tua menſa
D'intorno : ecco che fia
Benedetto in tal guiſa
L'uomo , che teme Dio .
Benedicati Dio da Sionne ,
E de' ben di Geruſalemme
Sii lieto in tutt' i giorni
Di tua vita ; e vegghi i figli
De' tuoi figli , e una tranquilla
Pace in Iſraello .

מִזְמוֹר קכח

2 אַשְׁרֵי כָּל־יְרֵא יְהוָה
הַהֹלֵךְ בִּדְרָכָיו׃
3 יְגִיעַ כַּפֶּיךָ כִּי תֹאכֵל
אַשְׁרֶיךָ וְטוֹב לָךְ׃
4 אֶשְׁתְּךָ כְּגֶפֶן פֹּרִיָּה
בְּיַרְכְּתֵי בֵיתֶךָ
בָּנֶיךָ כִּשְׁתִלֵי זֵיתִים
סָבִיב לְשֻׁלְחָנֶךָ׃
5 הִנֵּה כִי־כֵן יְבֹרַךְ
גָּבֶר יְרֵא יְהוָה׃
6 יְבָרֶכְךָ יְהוָה מִצִּיּוֹן
וּרְאֵה בְּטוּב יְרוּשָׁלָםִ
כֹּל יְמֵי חַיֶּיךָ׃
7 וּרְאֵה־בָנִים לְבָנֶיךָ
שָׁלוֹם עַל־יִשְׂרָאֵל׃

Salmo 137.

Su i fiumi di Babele
Là poſammo e piangemmo ;
Rimembrando Sionne .
2 Su i ſalci in mezzo a lei
Noſtre cetere appendemmo .
3 Poichè quivi ne domandaro
Coloro , che menavanne in bando
E n' avean ridotti in un mucchio
Canzoni di allegrezza e di gioja :
Deh (dicevano) de' carmi
Di Sionne a noi cantate :
4 O Dio ! come canteremo
I dolci inni del Signore
In ſtranio ſuolo ?
5 Ah ! ſe mai , Geruſalemme,
Prenderammi di te oblio
Metta ancora me in non cale
La deſtra mia .
6 Non ſi ſtacchi dal palato
La mia lingua , ſe in me manchi
Di te il penſiero :
Se il principio non ſia Geruſalemme
Della mia gioja .
7 Signor ti ſovvenga de' figli
D' Edom nel dì fatale
Ahi ! di Geruſalemme ;
Che diceano nel guaſto :
Tal città ſi rovini ,
Si rovini ; che ſparti
Se ne veggano ancora
I fondamenti :
8 Tu , figlia di Babele ,
Un dì ſarai diſtrutta :
Beato chi quel male
Renderatti , onde n' hai carchi ;
9 E tuoi teneri fanciulli
Si torrà con dura mano ,
E gl' infranga ad una ſelce.

Sal-

מִזְמוֹר קלז

1 עַל־נַהֲרוֹת בָּבֶל שָׁם
יָשַׁבְנוּ גַּם־בָּכִינוּ
בְּזָכְרֵנוּ אֶת־צִיּוֹן׃
2 עַל־עֲרָבִים בְּתוֹכָהּ
תָּלִינוּ כִּנֹּרוֹתֵינוּ׃
3 כִּי שָׁם שְׁאֵלוּנוּ שׁוֹבֵינוּ
דִּבְרֵי־שִׁיר וְתוֹלָלֵינוּ שִׂמְחָה
שִׁירוּ לָנוּ מִשִּׁיר צִיּוֹן׃
4 אֵיךְ נָשִׁיר אֶת־שִׁיר־יְהוָה
עַל אַדְמַת נֵכָר׃
5 אִם־אֶשְׁכָּחֵךְ יְרוּשָׁלָם
תִּשְׁכַּח יְמִינִי׃
6 תִּדְבַּק לְשׁוֹנִי לְחִכִּי
אִם־לֹא אֶזְכְּרֵכִי
אִם־לֹא אַעֲלֶה אֶת־יְרוּשָׁלַם
עַל־רֹאשׁ שִׂמְחָתִי׃
7 זְכֹר יְהוָה לִבְנֵי אֱדוֹם
אֵת יוֹם יְרוּשָׁלָם
הָאֹמְרִים עָרוּ עָרוּ
עַד הַיְסוֹד בָּהּ׃
8 בַּת־בָּבֶל הַשְּׁדוּדָה
אַשְׁרֵי שֶׁיְשַׁלֶּם־לָךְ
אֶת־גְּמוּלֵךְ שֶׁגָּמַלְתְּ לָנוּ׃
9 אַשְׁרֵי שֶׁיֹּאחֵז וְנִפֵּץ
אֶת־עֹלָלַיִךְ אֶל־הַסָּלַע׃

Salmo 131.

No, Signor, mai per orgoglio
Su levato s'è 'l cor mio:
Nè giammai furo alteri
Degli occhi miei gli ſguardi:
Nè alla grande mi portai,
Nè con faſto, ch'all' umìle
Stato mio ſconveniſſe.
Pera, ſe non compoſi e tacer feci
L'alma mia, come infante
Cui s'è tolta la poppa;
Innanzi alla ſua madre:
Come ſpoppato infante
Contenni a me davante
Sempre mai l'alma mia.
Deh in Dio confidi Iſraello
Da queſt' ora e in eterno.

מִזְמוֹר קלא

יְהוָה לֹא־גָבַהּ לִבִּי
וְלֹא־רָמוּ עֵינַי
וְלֹא הִלַּכְתִּי בִּגְדוֹלוֹת
וּבְנִפְלָאוֹת מִמֶּנִּי ׃
אִם־לֹא שִׁוִּיתִי וְדוֹמַמְתִּי נַפְשִׁי
כְּגָמֻל עֲלֵי אִמּוֹ
כַּגָּמֻל עָלַי נַפְשִׁי
יַחֵל יִשְׂרָאֵל אֶל־יְהוָה
מֵעַתָּה וְעַד־עוֹלָם ׃

Hic monitos lectores volo, a me his Pſalmis in Italicos verſus convertendis, interdum unum verſum Hebraicum duobus aut pluribus Italicis ejuſdem dimenſionis verſibus, cum unus illis ſententiam minime complecteretur, redditum eſſe.

Vtrum vero priſci Hebraeorum poetae ſyllabarum numero, ut nos Itali; an pedum quantitate, ut Graeci, Latinique faciunt, carmina ſua dimenſi fuerint, non equidem affirmare, nedum praeſtare auſim. Tamen incerta in re ex uſu eſſe arbitratus ſum, hanc Linguae Sanctae ſtudioſis, ſcribendorum Hebraicorum verſuum rationem proponere. Cum enim eam minus operoſam, quam illam Rabbi-

binorum, eſſe intelligerent, facile mihi perſuarſi, eos lubenter Pſalmorum librum, inde ſibi ut conficiendorum carminum exempla ſumerent, eſſe verſaturos: quod quidem cum linguae Hebraicae addiſcendae, tum pietati fovendae plurimum conducturum nemo negaverit.

שַׁבַּח אֶת־אֵל מְהַכִּים פְּתִי
לְעוֹלָמִים׃

F I N I S.

ERRATA CORRIGE.

pag. 14. l. 19. perinde eſſeruntur *cor.* ſceva eſfertur -- 15. 8. huic *cor.* heic -- 34. 7. nimirnm *cor.* nimirum -- 53. 15. 16. *cor.* XVI. -- 89. ult. & ה illud quod inf. imp. & futur. *cor.* quod infinito, & imperat. 90. 18. גָּרַח *cor.* כָּרַח -- 117. 23. *poſt* infiniti formativae *adde* &c. -- 110. 20. נָמֵם *cor.* נָמֵס -- 120. 15. חֲמֵ *cor.* מֵחָ -- 123. 7. ſerviles ל & ב *adde* &c. -- 132. 15. Kibutz *cor.* Kibbutz -- 136. 10. Punctatur *cor.* Cunctatur -- 161. 4. סְקָדֵנוּ *cor.* פְּקָדֵנוּ *ibid.* 26. nonnula *cor.* nonnulla -- 191. 21. הִכּוֹנוֹתִי *cor.* הֲכִינוֹתִי -- 236. 1. וַיִּשָׁא *cor.* וַיִּשָּׂא.

INDEX

CAPITVM ET SECTIONVM.

CAP. I. *De ratione legendi.* pag. 1
Litterae. 2
Puncta ſive vocales. 5
§. I. *Quomodo Puncta vocalia cum conſonis proferantur.* 8
§. II. *Litterae Quieſcentes.* 10
§. III. *Mappik.* 11
§. IV. *Diphthongi.* 12
§. V. *Accentus.* ibid.
De accentibus Grammaticis. 13
De Accentibus Rhetoricis Methegh, & Makkaph. ib.
Appendix de accentibus. 15
Quomodo Accentus Grammatici diſtinguantur a Rhetoricis. 17
§. VI. *Dagheſc Forte.* 23
§. VII. *Dagheſc For. ſupplendum.* 24
§. VIII. *Sceva ſupplendum.* 25
§. IX. *Sceva quieſcens, Kametz-Catuph, & Cateph Kametz.* 26
De uſu ſceva compoſiti. 28
§. X. *Dagheſc Lene.* 30
Monitum. 31
CAP. II. *De Nomine.* 34
§. I. *De Genere.* 35
Quomodo nomina Maſc. Generis fiant Feminina. 36
§. II. *De Numero.* 37
Numerus Pluralis, & Dual. 38
Anomala. 39
Mutatio Punctorum. 40
Mutatio Punctorum in penult. 41
Mutatio Punctorum in ult. 42
§. III. *De Caſibus.* 44
Regimen. 45
Mutatio Litterarum Nominis in Regimine: 46
Mutatio Punctorum ob Regimen. 47
Praefixa. 49
De Dagheſc infigendo. 50
De ש; & ה *Emphatico.* 51
De ו. 53
De ו *Converſivo.* 54
De ל, כ, ב 56
Gradus Comparationis. 57
§. IV. *De Pronomine Primitivo.* 58
Alia Pronomina: Demonſtrativum: Relativum: Interrogativum de perſona, & re quacumque. 61
§. V. *De Affixis.* 63
Mutatio litterarum ob affixa. 63
Mutatio Punctor. ob Affixa. 67
Mutatio Punctorum ob Accentum pauſantem, & Makkaph 72
Mutatio Pronom. ob Accentum. 73
De vocibus compoſitis; & Hehemanticis. 74
CAP. III. *De verbis.* 76
§. I. *De Verbo perfecto.* ibid.
Conjugationes ſeu formae verborum. 77
Adnotationes generales. 82
Notae Characteriſticae omnium Conjugationum. Kal & Niphal. 86
Adnotation. peculiares pro Kal. 87

Addenda ad Niphal. 89
Pihel & Puhal. 90
Hiphil & Hophal. 93
Hithpahel. 94
Admonitio pro Gutturalibus. 96
Mutatio Punctorum in Verbis ob accentum. ibid.
§. II. De Verbis Imperfectis. 97
Claſſes Defectivorum, & Quieſcentium. 98
Cur haec Verba nominentur Defectiva Pe-Nun &c. 99
Verba Quieſcentia Pe-Aleph. 100
Regula, qua Defectiva Pe-Nun conjugantur. 101
Regula, qua Defectiva ſive Geminantia Ain conjugantur. 105
Annotationes. I. Pro Kal. 109
II. Pro Niphal. 110
III. Pro Hiphil & Hophal. 111
Regula, qua Quieſcentia Pe-Jod inflectuntur. 112
De Quieſcentibus Ain-Vau. 117
De Quieſcentib. Lamed-Aleph. 123
De Quieſcentibus Lamed-He. 128
Annotationes. I. Verba in ה deſinentia. 136
II. Apocope ſive Abſciſſio. 137
De Verb. utrinque Imperfectis. 141
De Verbis Compoſitis. 144
De Affixis Verborum. 145
Punctorum, & litterarum mutatio in Verbis ob affixa. 148
Quibus Punctis affixa Verbis junguntur. 158
De Litteris Paragogicis. 165

CAP. IV. De voce indeclinabili. 168
Adverbia. ibid.
Praepoſitiones. 170
Conjunctiones. 171
Interjectiones. ibid.
De affixis Adverbiorum, & Praepoſitionum. 172
Adverbia cum affixis. ibid.
Praepoſitiones cum affixis. 174
CAP. V. De Inveſtigatione Radicis ſive Thematis. 177
Litterae Radicales. ibid.
Litterae Serviles. ibid.
In qua vocum parte litterae Serviles fiant Radicales. ibid.
Regulae inveſtigandae Rad. 179
CAP. VI. De Syntaxi Hebraica. 182
§. I. De Nominum Conſtructione, Subſtantiva, & Adjectiva. ibid.
Regimen. 187
Relativa, & Suffixa. 191
Comparationes. 194
§. II. De Conſtructione Verborum. 194
§. III. De Conſtructione dictionis, Particulae negantes. 196
Praepoſitiones. 198
Particula conjunctiva, cauſalis, & ſimilitudinis. 201
CAP. VII. De Numeris. 204
Praemonenda ad Poeſin Hebraeorum. 210
De Poeſi Hebraeorum. . . [illegible]
§. I. De Metro. 216
§. II. De Rhythmo. 218
§. III. De Carmine ſimplici, & compoſito. 220
Exercitatio Praeceptionum in hiſce Rudimentis traditarum. 225

HG 2011 441

+3

Digitized by Google